Zieglerus Vide pag 85

QVAE

INTVS CON
TINENTVR.

SYRIA, ad Ptolomaici operis rationem. Praeterea Strabone, Plinio, & Antonio auctoribus locupletata.

PALESTINA, iisdem auctoribus. Praeterea Historia sacra, & Iosepho, & diuo Hieronymo locupletata.

Marmarica

ARABIA Petraea, siue, Itinera filiorum Israel per desertum, iisdem auctoribus.

AEGYPTVS, iisdem auctoribus. Praeterea Ioanne Leone arabe grammatico, secundum recentiorum locorum sitũ, illustrata.

SCHONDIA, tradita ab auctoribus, qui in eius operis prologo memorantur.

HOLMIAE, ciuitatis regię Suetiae, deplorabilis excidij per Christiernum Datiae cimbricae regem, historia.

REGIONVM superiorum, singulae tabulae Geographicae.

ARGENTORATI
apud Petrum Opilionem.
M. D. XXXII.

Vr

PETRVS SCHOEFFER MOGVNTINVS CANDIDIS INSPECTORIBVS.

NEQVIS culpet in hac nostra opera, spacia uersuum largius explicata, & alios per frõtes largiusculos titulos, satis contrà morem excusorum per Germaniam librorum inductos, & calumnietur nos sequutos, aut inutilem elegantiam, aut per imposturam precium operi facere uoluisse. Is probatam habeat oro diligentiam nostram. Vidimus quidem aliquot operum excusorum Venetiis exemplaria, & ea quidem pauca, spaciis & scriptura ad summam exornata elegantiam. Cõtrà uidimus alia, & ea geographici operis Ptolemaei, per Germaniam tanta negligentia & immundicia scripturae & picturae uulgata, ut non officinas modo, sed Germaniam ipsam illorũ pudere oporteat, nempe, quod apud Italos: mundiciae enixe & foeliciter studentes: uniuersa sordium accusetur, nec sit quo se sub istis exemplaribus liberare calumnia putat, uoluimus praesenti opera si minus assequi peregrinam elegantiam, saltem imitari parte aliqua quanta possemus. Debemusque sub meliorum emulatione esse securi à reprehensione, quando quae plaenam elegantiam sunt adsequutae Venetiae plurima denique gratia & commendatione orbe toto Christiano excipiuntur.

ILLVSTRISSIMAE ET SVBLIMI STEMMATE NATAE PRINCIPI

Renatæ à Gallia, Ludouici xij. Francorum regis, & Annæ, ſecundum reginæ Galliæ, & Britanniæ unicæ heredis filiæ, Ferrariæ & Carnoti Duci, Giſorzij Comiti, [redacted], fœlicitatem.

NVLLIS exemplis per Italiam receptum uidemus: Serena Princeps: quod grauioris materiæ lucubrationes, in quibus geographica hęc haberi cenſemus, fœminis dedicarent. Cũ interim reperiamus Scriptores, qui amatorias fabulas exquiſita fictione, elaborata oratione, ſummo omni parte lucubrationis ſtudio meditatas, Reginis nuncuparint. Quod utrunq; quomodo acciderit, eius nõ tam cauſam quærimus: quę manifeſta eſt: quã eam ipſam ualde improbamus. Non em̃ ſimplici iniuria eum ſexum affecerunt, cp ad grauiorũ rerum captũ, parum idoneũ, ad fabulas autẽ & luſus comparatũ iudicarũt, ad hæc inuitarunt, ab illis ſeduxerũt. Ipſi interim auctores ſeſe ab illecebris alienos, muliebrib. aũt affectib. obſequutos fuiſſe credi uoluerũt. Nequaq; ſatis in utrunq; defenſi, quoniam mollia illa, neq; poſtulata, neq; expectata, in aures & oculos muliebris ſexus ingeſſerũt. Ipſi ſeſe iiſdem primos oblectarũt. Laborarũt domi uicio, cuius alienam aulã inſimularũt, nõ enim ubi priori ætate ingeniũ ſæueris ſtudijs exercuiſſent, ad Mileſia ſcribenda tranſiiſſent, tanta in hoc genere cura uerſati eſſent, excelluiſſent, quando nunquam feliciter prouenit quodcunq; coactum, & præter animi inductionem tentatum fuit. Quod ſi cum ſancta pręcepta propoſuiſſent, ſub his fœminã à teneris inſtituiſſent, ea maturis annis ad alia laſciua declinaſſet. Ipſi defenſi, & præter iniuriam inſimulatio foret, atq; reprehenſio etiã iuſta cenſeretur. Verum, ea hoc tempore nõ paucorũ, imò publica eſt iniquitas in ſexũ hunc. Et quando arborib. ſatis, hortenſi-

bus culturam in herba adhibeāt quo matura mitescāt, iumētis teneris adhuc frenū & iugū imponāt, quod ferant ętate firma. Feras à nido & lacte tractent quo mansuescant. Liberis uirilis sexus, pueris adhuc, grāmaticos addant qui linguā corrigant, magistros qui mores forment, impensas in educationem supra facultatem sæpe faciant, ut maturi annis, artibus his pręstēt, unde sint columen domus & familię decus, puellaris institutionis literarium ludum nulla Resp: quod historia celebratum foret: uulgauit, nullæ scholæ fœminam ad Philosophiæ præcepta: quibus mores & adfectus moderaretur: admiserunt. Accessit alia indignitas, ꝙ ut durum imperium, tyrannisq; ingenuitatē premit, formę dignitatē uigoremq; omnē ciuiū exhaurit. Cappadoces, Gethas, Syros, sermone, gestu, affectu, illiberales, petulantes, inuenustos, ad omnia ignobiles repræsentari per Comœdias uidemus. Nunquid illorum maiores: donec his libera cōditio erat: tales fuerunt? Aut nō in his potius grauissimi homines qui animū sublimem, oris decus probum, præseferrent, uerendum sonarēt quantū Atheniensis, aut Thebanus, aut rex Spartanus? omnino. Sed in Comicis personis longa seruitutis iniuria omnem liberalem habitum extinxit, Ita uirorum licentia præceps ad muliebrem sexum, huius motibus plurimum detraxit, atq; ad quandā sensus infirmitatē adegit, tamen requirūt uiri in eo sexu absolutos mores, nisiq; is exhibeat eos, acerbe insectantur, tamen & fœmina sub tanta sui incuria, & indignitate, nunꝗ eò recidit, ut hodieq; Comitate morum, sermonis gratia animi benignitate, facilitate, affectu opis ferendę, misericordia in proximi aduersis reb. officio in omnes, clementia in iniurijs donandis ubi culpa agnoscatur, nō æquet clarissima hęc in uiris exempla, neq; nō superet illos, qui his disciplinis, qbus hæ uirtutes parantur, ætatem impenderunt, ꝙ si quanta incommoda huic sexui incidisse memorauimus sublata olim fuissent, utq; ex miti arbore pomum, saporem mitem trahit, ita par dignatio & institutio usq; à priscis matribus deducta in seras neptes foret, quid ad omnem uirtutem animi exprimendam fœmina de se non præstitisset? Sanè ut in certa spe sum, ꝙ deus populum

Christi-

Christianum tandē miseratus, sit eū ex præsenti acerbissima iactatione in trāquillum statū repositurus, ita sub noua rerū directione istud quoq; futurum uideo, q; uterq; sexus ut ex æquo humanitate, rationali portione & uitalib. uirib. fruit̄, utq; sub cōmuni deo patre, & Christo in eandē religionem, uitæ sanctitatē, & æternarū rerum ꝓmissionem uocatus est, ita ad animorum institutionē alter etiā sexus pari cura admittatur, tractetq; fœmina genus omne disciplinæ seuerioris eo successu quanto in rebus humanis tractari uel ab absolutis ingenijs queat, reparet̄ in animi uigorē qualis natura humana & origine sua cœlesti dignus censeatur. Hęc mea querela est, & hęc mea sententia & in reliquum expectatio, proptereaq; quod recœptū iri olim publicè diuino, eius ego exemplum tanto ante occupans, tibi Illustrissimæ principi, quæ à Britanniæ unica domina Anna matre, patre autem maximo, Ludouico duodecimo Christianiss. Galliarum rege nata es, quæ supra natalium claritudinem: præterea te ad omnem uirtutem instituisti, religionem pręter superstitionem, amplitudinē animi, præter fastum, contemptū opum, citrà profusionem, iudicium cōtrà calumniam & assentationem confirmatum: quæ in aula uirtus pręcipua est, & in nullis etiam probatis principib. propè non desyderata: Fortuna utraq; ferenda constantiam, & uirtutes eas quæ in fœmina peculiari iure requirunt̄. Tibi inquam tot uirtutū titulis optimę principi offero Palestinam hanc, & attinentes regiones, Syriam, & Arabiā Petręam, graue cōmentarium, ut quod lectionis historię sacrę iuuandę studio susceptum fuit, & quale à doctis per Italiam & Germaniam, diuinorum librorum studiosis insigniter expetitur, ægreq; moras ferunt, & me adhortantur ut æditionem maturem. Hoc suscipe serena Princeps, quātoq; & maximo usui futurū sibi censent amici: quantaq; & summa eius expectatione tenentur, tantus ipsum: ubi in publicum sub tuo illustri nomine exierit, testis habeatur, apud præsentes & posteros, unam te fuisse principem in his, sub quorum iudicio, præsidio & fauore quamlibet graues cōmentationes, & in sanctiorem paratæ usum fœliciter locatæ quieuerunt.

SATISFACTIO PRO OPERE SEQVENTI

SYRIA, hac, & Palestina, Arabiacꝫ Petræa describenda duobus modis discessimus à Ptolemæo, copia locorum, & radicis eorum constituendæ numeris. Huius posterioris causam reddemus in opere, quod de reb. indicis instituimus, quoniam harum postulatione numeros omnium longitudinum à lxvi. ad c xcv. sumpsimus, ad quandam ratam portionem, auctiores, prioris autem nũc damus. Quoniam alios quocꝫ auctores idoneos sequuti sumus. Libet animaduertere, quàm longè aliter se habeant loca littoralia Syriæ penes nos quàm Ptolemæum, uidelicet, ꝙ intulimus ipsi Plinii & Strabonis traditiones. In mediterraneis autem ut est denicꝫ plurium locorum cõmemoratio & positio, qualis apud Ptolomæum non est, quæ nos ex Antonino transtulimus. Quem etiam auctorem utinã integrum per uenisse ad nos contigisset. Non alius canon certior haberetur corrigendi situs locorum, uestigationiscꝫ confirmandæ quę recentia loca memoriã ueterum referant per historiam Romanam. Nunc uero lacerum habemus, & inuersum, nec uno modo mendosum. Numerabit aliquo cõmentario profectiones. Eò loca tali ordine, & distantia sese habebunt. Diuerso commentario, uel alterum horum, uel simul ambo priorem positionem refigent. Hic diligentia opus est, ut concors ordinatio fiat, uel ubi nobis indulserimus, una suscipienda, ut sors & electio tulerint reliquis præteritis. Hoc uenia dignum in corruptissimis exemplaribus censeri lector putabit. Qui si uenia donanda se duriorem prebebit, licet illi per nos: præter inuidiam & obtrectationem: reponere quæcuncꝫ meliorem faciem suscipere posse arbitrabit̃. Sed interim ꝙ talis nouum opus apparat, nos præsentia molimur, utcꝫ à reprehensione liberi simus. Hæc in nostri studii gratiam conseruandam præfari uoluimus.

S Y R I A

SYRIA

TERMINATVR À SEPTEN

trione Cilicia,& parte Cappadociæ iuxta expoſitam per Ama num montẽ lineam,ab occaſu Syrio pelago. Parallelus boreali or tabulæ habet gradus xxxviij. auſtralior xxxiij. Differentia ſuper meridiano gradus v. Meridianus occidentalior diſtat ab eo per inſulas Fortunatas gradib. lxvij. orientalior lxxv. Differentia ſuper parallelo gradus viij. Proportio paralleli medij tabulæ ad circulum maximum quæ v. ad vi. Eſt autem tractus littorum ſecundum deſcriptionem hanc. Poſt Iſſum & Ciliciæ portas

Alexandria	70	5'	36	15'
Myriandrus	70	5'	35	50'

Hoc loco Xerſes recenſuit exercitum contra Græciam per ſingula dena millia,quantam copiam ſeptis includebat, capatia tantæ turmæ unde loco nomen.

Rhoſſus	70		35	25'
Rhoſſicus ſcopulus	69	35'	35	20'
Seleucia pieria	69	25'	35	20'

Sita eſt in promontorio ad quam uſq; peruenit Daphne nemus,agrum optimum habet. Condita à Seleuco Nicatore,munitiſſima urbium quatuor quas is condidit. Hæc,& Laodicia, & Antiochia,& Apamia,dictæq; fuerunt ſorores.

Orontis fluuii oſtia	69	20'	35	30'

Sic dictus ab eo qui ſuper illo pontem fecit. Habet ortũ in Coele ſyria,poſtea ſub terram illatus,iterum emergit, & per Apameenſem

meenſem agrum,& prope Antiochiam procedens defertur in mare,procul à Seleucia ſtadiis lx.

Nymphæum ſpecu ſacrum poſt Orontis oſtia.

Caſius mons	69		35	30
Poſidium oppidulum	69		35	27
Heraclia	69		35	15
Dioſpolis	69		35	10
Laodicia	69		35	5

Optime ad mare ſita & portuoſa,locum habens prȩter cæterã feracitatem uino aptum, quapropter maximam uini partẽ Alexandrinis prȩbet,cum montem habeat ſibi imminentem uineis plænum uſq; ad uertices ferè, qui paulatim ab ea abſcedentes Apameȩ imminent in erectam altitudinem euecti, Hanc Dolobella in eam confugiens,& à Caſſio uſq; ad interitum obſeſſus, non mediocriter labefactauit,& multas urbis partes ſecum traxit.

Gabala promontorium	68	20	35	

REGIONIS ARADIORVM

Platus	68	50	32	25
Balaneæ	68	50	32	20
Caramus	68	50	32	35
Aradiorum portus	68	28	32	33
Enhydra	68	25	32	32
Aradus inſula	68	20	32	32

Sita eſt in fronte iugoſæ cuiuſdam, & importuoſæ oræ, inter eius portum & Marathum,diſtans à continente ſtadiis xx. Ea eſt petra quȩdam à mari circumfuſa,ſeptem ferè ſtadiorum ambitu,habitationibus plæna, opus quorundam ut ferunt: inquit Strabo : ex Sidone profugorum . De huius inſulæ fœlicitate plura apud Strabonem.

Marathus	68	20	32	30

Antiqua Phœnicum ciuitas diruta ætate Strabonis.

Texymira & Symira	68	30	32	30

Orthosia 68 20 32 30
Eleutheri fluuij ostia 68 15 32 28
Dictus recensiori ætate Vallonias.
Tripolis 68 32 20
Sita in Cheroneso frequẽsq; habitata, habet ętate hac opifices supra iiij. millia qui sericũ texũt. Ager adiacet urbi, lõgitudine duũ milliũ passuũ, latitudine mille, incõparabilis fœcũditatis. Fons oritur ad radices Libani procul ab urbe vi.m. passuum qui breui spacio auctus totam planiciem Tripolitanam rigat.
Dei facies promontorium 68 32 10
Nephin castellum ætatis nostræ 68 5 32 9
Peninsula, procul vi. m. passuum à Botry munitum xx. celsissimis turribus, & firmissimo muro. Eius ager uinum habet præstantiæ famam præ cæteris Phœniciæ.
Sycada 68 8 32 7
Botrys 68 10 32 5
Olim opulenta ciuitas, nunc euersa.
Biblus 68 33 55
Dicta in hebræo Ghebal, hac ætate Ghibeleth.
Palebiblus sita non procul à mari in excelso quodam loco Ciniræ regia, in qua Adonidis templa fuerunt.
Adonidis fluuij ostia 68 33 51
Climax mons, dictus ætate hac, transitus canis, angusta semita inter mare & Libanum imminentem, ubi & Saraceni claustra imposuerunt.
Lyci fluuij ostia 68 33 25
Leontopolis 68 33 21
Berytus 67 50 33 20
Dicta fœlix Iulia. Hac ætate est celeberrimum emporiũ, & occupauit totam ueterem gloriam Tyri & Sidonis.
Nagoræ fluuij ostia 67 50 33 35
Commemoratus Plinio, Tamyras dictus Straboni.
Sidon magna 67 15 33 30
Sarphath 67 10 33 28
Ramah 67 10 33 28

Fluuij

Fluuii oſtia	67	5′	33	24
Auium	67	4′	33	23
Tyrus	67		33	20
Ecdippa	67	2′	33	15
Album promont.	67	4′	33	10

EVPHRATIS DVCTVS.

Qua tranſit Taurum montem	72	35	38	
Singæ fluuii coniunctio	73		37	50
Arudis	72	40	37	30
Samoſata legio ſeptima	72	30	37	25

Vrbs natura munita caput Comagenæ. Circumiacet eam regio, parua quidem, fœcunda tamen. Hoc in loco eſt Euphratis pons, patria Luciani Sophiſtæ.

Zeugma	72	32	37	15

Nobilis tranſitu Euphratis.

Canaba	72	30	37	15
Hierapolis	72	50	37	5′
Europus	73		36	50
Cecilia	72	50	36	40
Bethammeria	72	40	36	30
Gerra	72	40	36	5′
Paphara	72	40	36	
Arimara	72	50	35	55
Erraziga	72	40	35	50
Barbariſſus	72	50	35	45
Athis	73	10	35	40
Sura	73	40	35	20
Alalis	73	45	35	15
Alamatha	74		35	5′

ARABIAE DESERTAE

Tapſacus, dicta Plinio Aphipolis	74	35	35	5′
Birtha	74	45	35	
Gadirtha	75		34	45

Ex latere autem Meſopotamiæ hæc loca alluit.

Porſica	73		37	30

Aniana

Aniana	73	15	36	20
Barſampſa	73	30	36	15
Sarnuca	73	5	35	50
Berſima	73	15	35	35
Maube	73	50	35	20
Naguda	72	20	35	10
Nicephorium	72	35	35	20

Hoc autem ordine alluit prædicta loca utroq; latere aluei.

Singæ fluuij cõiunctio, Porſica, Arudis, Samoſata, Zeugmã, Canaba, Hierapolis.

Europus, Amana, Cecilia, Bethammaria, Barſampſa, Gerra, Paphara, Barbariſſus, Sarnuga, Berſima, Athis, Sura, Maube, Alalis, Alamatha, Naguda, Nicephorium, Tapſacus, Birtha, Gadirta.

Euphrates fertur à fontibus in quendam pronum locum, longeq; procedens latitat, non quod ſub terram ingrediatur, ſed mira quadam cauſa, Super enim aqua fit limus altus, longitudine ſtadiorum l. latitudine xx. adeoq; dureſcit, ut continens uideatur, ſuper quo pedites, equites, currusq; ſecurè ambulant. Super eodem calami numeroſi naſcuntur, quos accolæ quotannis ad radices, ſecundo flante uento comburunt, ne uiã impediant, Deinde fluuius emergens, iterum in Edeſſenam regionem procedit, ubi apud Tauros: id oppidi nomen eſt: Dianę templum erat, quo Iphigeniam Agamemnonis filiam ſimul cum Horeſte fratre, & Pyladæ fugiſſe dicunt, Dianę ſtatuam ferentem. Alia autem templa eiuſdem, uſque ad meam ætatem: inquit Procopius: uiſunt, diuerſa ab eo quod eſt Tauris, unum in Ponto, in Comana ciuitate, apud fontes Iris fluuij, alterum in Cappadocia, etiam ciuitate Comana, ſimile illi quòd eſt Tauris, addito altero Iphigeniæ ſorori. Hęc poſtea Chriſtiani in ſua templa conuerterũt, autor Procop.

Singę fluuij fontes	70	15	35	35

in monte Piera. Ciuitates ſuper occidentali ripa Singæ fluuij

Chaonia	71	10	36	20
Catamana	71		37	

Sicosbiliſ-

Sicosbiliſſes	71	30	37	15
Super orientali ripa.				
Gindarus	70	40	35	40
Cyrus	70	50	36	
Singa	71	50	37	30
Vrima	72	40	37	40
Super occidentali ripa Chaboræ fluuij ciuitates.				
Ballatha	74	50	36	40
Super orientali ripa Acraba	74	15	35	50
Fontes fluuij	75	10	37	30
Super occidentali ripa Aſchoræ fluuij ciuitates.				
Peliada	77	10	35	50
Super orientali ripa Bazala	76	40	37	
Zama	76	50	36	40
Bamatra	77	40	35	20
Daremma	77	50	35	
Fontes fluuij	76	20	37	40
Eleutheri fluuij fontes	70		33	30
Adonis fluuij fontes	70		33	15
Leontis fluuij fontes	68	20	33	
Chryſorhoes fluuii fontes	70	30	33	30
Palus in quam defluit	69		33	10
Marſiæ fluuij fontes in monte Marſya	71	50	35	
Qua præterfluit Apamiam	70	20	35	

Apamia lxx.m. ab Antiochia ad Emeſam, urbs ex magna parte optime ſita. Eſt enim collis quidam, quem Marſyas fluuius: ut inquit Plinius: & ingens quidam lacus circumpoſitus, & latæ paludes peninſulam faciunt. Dicta eſt antea Pella. Seleucus Nicator condidit.

Seleucus oppidum extra Marſyam fluuium. Nicator Seleucus ponte cum Apamia iunxit.

Coniunctio Marſyæ cum Oronte fluuio	70	5	35	10
Orontis fluuij fontes	70	40	33	30
Ciuitates ſuper occidentali ripa Orontis				
Seleucus penes Belum	70		34	45

Caperturi contra coniunctionem Marſyæ fluuij

Niacuba	69	50	35	10

Super orientali ripa Orontis

Emeſa	70	20	32	

Obtinet aliquid ſolitudinum Palmyrenes

Daphnis	69	20	35	30

Super Oronte fluuio mediocris habitatio procul ab Antiochia, ſtadiis xl. contra ortum

Antio chia ſuper Oronte	69	30	35	30

Cognominata Epidaphne, procul à Seleucia cxx. ſtadiis. Diuiditur media amne Oronte. Situsq́ eius in inmenſam longitudinem porrigitur. Plateam quam inſigniorem habuit longam xx. ſtadiis, lutoſam antea, Herodes Antipatri Iudeæq́ rex lapide ſtrauit. Magnitudinis animi & liberalitatis famam apud externam urbem mercatus. Caſius mons ei à meridiana plaga incumbit, unde crebri fontes, & largæ aquæ, auræq́ temperatæ reddunt urbem ſalubrem. Vna eſt & ampliſſima quatuor, quę ſorores dicuntur. Sed & ipſa intra ſe eſt Tetrapolis, & per ſingulas partes priuato muro, & alio publico munita. In cuius ambitu cccl x. turres ſurgebant. Potentia & magnitudine non multum ſuperatur à Seleucia ſuper Tigri, & Alexandria ægyptia. Aedificia urbis priuata ferè de materia fuerunt. Credo quod urbs tutior foret contra terræmotus. Sed eo factum eſt ut igni bus magis obnoxia haberetur. Donec ſub chriſtianis fuit, habuit templa ccclx.

Daphne lucus ad Daphnen oppidum ingens, opacus. Fontanis aquis irriguus, ambitu lxxx. ſtadiorum.

Fanum & aſylum Apollinis in Daphne luco.

MONTES IN SYRIA

inſignes.

Amani montis pars	70	5	36	35
Tauri pars	70	20	37	30
Piara	70	15	35	50

Et ex quibus fontes concipiuntur Chaboreæ & Aſchoreæ fluuiorum.

Caſius

Casius mons cuius medium in mediterraneis 69 15 35 30
Finis imminet Antiochiæ, adeò celsus ꝙ cum Parthi aliquando ex improuiso superuenissent urbi, Oppidani autem forte in theatro spectarent ludos, non præceps altitudo theatri impedimento fuit histrioni, quo minus prospectaret hostem tenentem iuga montis, eoq́ʒ exterrito exclamarit, aut ego insomnium uideo, aut magnum periculum. De hoc monte ferunt, ꝙ quarta uigilia noctis excipiat splendorem solis. Nam qui in Aegypto Casius mons apud Pelusium est, quia ex arenis aggestus auctore Strabone, in tantam sublimitatem non assurgit. Etiam de Casio Syriæ non est intelligendum, quod omni parte anni reddat splendorem de nocte, sed sub æstiuis solsticialibus noctibus. Hic contingere potest ꝙ horis propè duabus æqualibus ante solis ortum mons excipiat splendorem manifestioris auroræ.
Anticasius mons post Casium, quasi & ipse situs super mari memoratus à Strabone.
Libanus mons desinit ad Dei faciem promontorium, procul à Tripoli vi. milibus passuum.
Antilibanus desinit apud Sidonem procul ab urbe duobus millibus passuum. Vinum eius montis est laudatissimum. Continuatur Libano per tractum littorum.
Leopardus mons 68 3 32 15
Procul á Tripoli iiij. m. passuum, à Libano duobus milli. assurgit in rotundam altitudinem. Circuitur aliqua parte riuo, qui rigat Tripolitanum agrum.
Trieris duo montes sunt ultra mare. Eius qui est borealior fines sunt apud Texymiram uel Marathum. Eius qui australior fines 68 10 32 15 Et 68 20 32 10
Aegyptius murus: opus ut existimo: Ptolomæorum regum, qui Trieres montes in mediterraneis muro coniunxerunt.
Campus dictus concauus, qui est comprehensus inter Trieres montes & murum Aegyptium. Eius latitudo mari proxima est stadiorum cc. Longitudo ferè dupla.
Macras campus pars prima à mari Concaui campi. Tota hæc planicies est fertilissima, & frequentata multis uillis.

Montes in regione Antiochena, quaſi in mediterranea à Rhoſſo.
Meleagri uallis quam dicti montes includunt.
Trapezon collis quaſi imminens Meleagro ualli inter Rhoſſum & Rhoſſicum ſcopulum.
Marſyas mons unde fontes concipiuntur Marſyæ fluuij.
Ityræi montes qui inter Sidonem & Damaſcum urbes.
IRRIGANT autem regionem & alij fluuij, qui poſt Amanitas portas, per agrum Antiochenum excurrunt,
Archeutus, Labotas,
Onoporas, qui inter Rhoſſum & Rhoſſicum ſcopulum excurrere uidetur. Agri uero Damaſceni Arpath & Amana fluuij dicti ab hebræis.
LACVS porrò qui inter Apamiã eſt & Arethuſam.
Ciuitates autem in Syria mediterraneę ſic ſe habent, prȩter eas quæ ad decurſus fluminum dictæ ſunt.

MESOPOTAMIAE

Carræ nobiles clade Craſſi	73	55	37	10
Tilaticomum	73	10	37	5
Edeſſa	73	30	37	25

COMAGENAE Syrię.

Comagena regio extra Euphratem poſt Samoſata iuxta Hierapolim. Dicta hodie Euphratiſia, auctor Procopius.

Antiochia penès taurum montem	71		37	20
Germanicia	70	40	37	30
Dolica	71	40	37	30
Catauana	71	10	37	30
Gerbediſſum	71	30	37	20
Nicopolis	71	10	37	25
Araca	71	40	37	20
Deba	71	10	36	30
Haminea	70	50	36	15
Rhetauorum Arabum Tharſe	72	5	37	25
Niſus	71	30	37	30

PIERIAE autem ciuitates hæ,

Piara

Piara	70	30	36	30
Pagræ locus munitiſſimus	70	40	36	5

Tindarus ciuitas Cyriſticæ regionis iuxta Pagras, arx & receptaculum latronum, inquit Strabo.

Mineruæ Cyriſticæ templum, prope Tindarum & Heracleam.

Pilæ Syriæ	70	20	36	15

CYRISTICES autem ciuitates hæ,

Ariſeria	71	50	36	30
Regia	72	5	36	50
Buba	72	10	36	40
Heraclea	71	50	36	35
Gallicoma	72	25	36	45
Bathnæ	72	40	36	55
Niara	72	5	36	10
Hierapolis, dicta Callinice	72	5	36	15

Circa hæc loca Ventidius profligauit Parthos, Pacoro rege eorum occiſo. Fuitq́ ultus Craſſianam cladem.

Bena	71	40	36	
Miniza	70	50	35	45

SELEVCIDIS ciuitates hæ,

Gephyra	70	5	35	30
Ima	70	30	35	25
Berœa	70	45	35	30
Aſaphi	71	15	35	30

CASIOTIDIS autem ciuitates hæ,

Bacatilli	69	30	34	45
Lariſſa	70	20	34	45
Epiphania	70	35	34	35

Iuxta Emeſam inquit Hieronymus, addit. Arbitrari eam eſſe quæ in ſacra hiſtoria dicitur Labochamath, ubi ſit tranſitus in Syriam. Quod non conuenit. Nam chamath eſt montana regio inter Sidonem aut Tyrum & Damaſcum, dicta ſuperius Ityrea. Tranſitus autem in Syriam locis aliquot Moſis & Ioſue deſignatur ad læuam Damaſci, in ambitu fontium Iordanis.

Dicitur ætate hac Alapia,siue Alepon.

Raphana	69	50	32	15
Mariamma	70		32	
Heliopolis	69	20	33	30
Mamuga	70		33	25

C H A L Y B O N I T I D I S ciuitates hæ,

Thema	72	20	35	30
Acoraca	72	5	35	15
Derryma	71	50	15	
Chalybon	72	10	35	
Speleuca	72	10	35	15

C H A L C I D I C E S autem ciuitates hæ,

Chalcis arx	70	35	35	15
Thelmenissus uel Themelisum	70	25	35	15
Androna	70	20	35	10

Marsyæ montis post Macram campum & Aegyptium murum.

Chalcidica regio descendit à Marsya monte,& tota ad austrũ iacet Apameensibus.

Arabum scænitarum,

Tolmidesa	71	10	35	30

A P A M E N E S ciuitates hæ,

Namaxa uel Nazama	71	15	32	5
Salminiada	70	30	32	30
Seriana	70	20	32	50
Cappareæ	70	30	32	20
Ahara	70	15	32	25
Arra	70	35	32	55
Arethusa	70	20	32	20

Gambari locus Apameensis agri.

Iamblichus,locus Apameensis agri.

Sampsiceramus ad Auroram Seleuciæ Apameæ.

LAO-

LAODICENAE ciuitates hæ,

Scabusa	70	20	33	25
Laodicia	70	10	33	55
Paradisus	70	20	33	35

Puto locum esse, quem Strabo uocat uiridarium ad concauum campum, & Aegyptium murum, quàmuis situs sit paulo distantior. Sed est Ptolemæus tota Syria longitudinibus extensior aut Strabone aut Antonino.

Eman Thamar, id est, Palmetum uiridarium.

Gabruda	70	20	33	30
Beumaris	69	22	32	15

Procul à Damasco lxxx. mille passuum. Via per Damascum ad Neapolim Cœlesyriæ. Hæc aut alia est à Beumari Mesopotamiæ, aut uicium est exemplarium Antonini.

PHOENICIAE mediterraneæ ciuitates hæ,

Arca	68	35	32	
Geroda	69	5	33	50
Thelefte	69		33	20
Abila, cognomento Lysanium	69		33	15

Eius mentionem facit Lucas.

Lybo	69	25	33	20
Conna	69	20	33	25
Damascus	68	55	33	

Vrbs insignis curuæ Syriæ, dicta in hebræo Dammesech.

Saana	69	55	33	35
Ina	69		33	
Gabala	68		33	10
Antiradus	68	22	32	30

Pyramides quatuor extant apud Antiradum, hac etiam ætate, procul duobus m. admirandæ magnitudinis, lapidibus ad normam dolatis, quarum latera tenent pedes xxvi. Profunditas pedes septem. Creduntur sepulchra ueterum regum Phœniciæ.

Archas castellum Libani montis	68	5	32	12

Carath castellum 68 35 32 12

Procul xx.m. passuum à Synachi oppido, situm in concauo campo ad Aegyptium murum.

Synochis ciuitas subiecta Arachæ castello, procul mille passibus.

Aesculapij lucus post Tamyram fluuium inter Berytum & Sidonem.

Specus ad boreale latus Leopardi mõtis, ubi fuit reperta tumba, longitudinis xxv, pedum.

Mergath castellum munitissimum 68 53 32 22

Apud Balaneas super fluuio eius nominis procul ab Anterado xiiij.m. procul à mari duob,

PALMYRENAE autem ciuitates hæ,

Cholla	73	10	32	25
Oriza	73	10	32	30
Maronia	72		32	30
Coara	71	20	32	10
Putea	72	10	32	30
Ada	73	20	32	30
Palmyra	72	20	35	10

Dicta hebræa lingua Tamor, ædificata à Salomone rege hebræo. Vrbs maxima, & situ nobilis, diuiti solo, uasto undiq; ambitu, arenis includente intus agros, aquis irriguos & amœnos. Fontibusq; & puteis nimis abundantes, cũ in circumiacente regione aquæ nusquám inueniantur. Ita à natura rerum ueluti exempta terris degit priuata sorte inter duo imperia summa, Romanorum & Parthorum, & prima in discordia, cuius semper utrinq; cura. Abest à Syria superiore duorum dierum itinere, ab Euphrate unius, à proximo Syriæ littore millibus passuum ccl. à Seleucia Parthorum; quę uocatur ad Tygrim: m. passuum Dxxxvij.

Palmyræ urbi imperauit sub Galeno Zenobia, tanti animi, ut deficere ab imperio Romano ausa sit, quam Aurelianus tamen uicit & triumphauit.

Palmirena

Palmyrena ſolitudo qua Euphrates ad orientem conuertitur, & pertingit uſq; ad petram urbem & Arabiam fœlicem.
Scænitę Arabes ad Euphratē fluuium, ubi is ad orientem conuertitur, relinquens Palmyrenas ſolitudines. Sunt autē infeſtatores Chaldęorum.
Stellendena regio infra Palmyrę ſolitudines. Regio agri Palmyreni, ad auſtrum arborem nullam, nec aliquid fructuum in campis fert, maxime ſolis ardorib. expoſita et torrida eſt. Quibuſdam tamen paſtionibus ouium oportuna, auctor Procopi.

Adacha	73		32	
Danaba	71	50	33	20
Goaria	71	15	33	30
Aueria	72	20	33	20
Caſama	71	30	33	20
Odmana	70	55	33	10
Atera	72		32	

CYPRI INSVLAE SITVS.

CYPRVS uocata antiquitus fuit Acamantida, Ceraſtis Aſpelia, Amathuſa, Machara, Cryptus, Colinia. Sedes fuit aliquando ix. regnorum. Ambitus eius iij. m. ccccxx. ſtadiorũ. Longitudo maxima, ut Plinius inter promontoria Acamanta, & Dinareta, ut Strabo inter Clides inſulas & Acamanta pedeſtri itinere M. cccc. ſtadiorum. Siluoſa primitus fuit, ſed quia metalli æris ferax eſſet, ſiluæ exciſæ, in caminos & operas metalli campos aperuerunt arabiles. Vini eſt ferax, quod uirtute & gratia cum Cretico certat. Fertur Venetias, non quidē publice promercale, ſed priuatim à ciuibus. Hic quod me guſtare cõtigit, uidetur auſterius Cretico, tanquàm è dolijs picatis depromptum eſſet. Imperant hodie inſulæ Veneti, redimuntq; pacem eius ad Turcam annuo tributo xxx. ſiue xl. m. aureorum, quod prioribus annis Sultano pendebãt. Ea pecunia damnatus erat poſtremus inſulæ rex, qui præſidium quoddam militare Mamalucorum: quo inſulam in poteſtatem redęgerat:

uaria fraude confœcit negocio peracto. Hunc quoq; Veneti circumuenerunt ſpecie nuptiarum Venetæ puellæ. Maximus prouentus ex inſula hodie ſuſcipitur bombycis, cuius incredibilis copia Venetias fertur, ut tota inſula uideat̃ in lanam abijſſe, utuntur autem inſulanis crudeliter, & eos premunt non tolerabili ſeruitute. Terminatur ab occaſu mari Pamphilio ſecundũ deſcriptionem hanc,

Acamas extrema 64 15 35 25

Promontorium ſiluoſum, quod duarum mammarum ſpeciem prebet. Tendit ad aquilonem, tranſitu m. ſtadiorum, in Ciliciam Sidam uerſus.

PAPHOS noua 64 20 35 10

Portum habet, & templa optimè ſtructa, procul à Palepapha, ſtadiis lx. pedeſtri itinere. Traiectus inde ad Alexandriã iij. m. DC. ſtadia.

Drepanum promontorium 64 10 35 5

PAPHOS uetus 64 30 35

Palepaphus ad x. ſtadia ſita ſuper mari, ſtationem habet, & antiquum Veneris Paphiæ templum. In hac, uel ſuperiore, apoſtolus Paulus conuertit Sergium Paulum proconſulem.

Zephyrium promontorium 64 30 34 45

Quod ſtationem habet.

A meridie mari Aegyptio atq; Syro ſecundum deſcriptionem hanc,

Phrurium promontorium 64 45 34 50

Curium ciuitas 65 34 50

Habet ſtationem peninſula procul à Thronis ſtadijs, DCC.

Lyci fluuij oſtia 65 30 35 5

Curiæ extrema 65 40 34 45

Amathus 65 45 35

Thetij fluuij oſtia 66 20 35

Cetuim ciuitas 66 30 35

Habet portum clauſum, ad hanc à Pedaſio eſt ſinuoſa & aſpera nauigatio, procul à Baruto ſtadiis M.D.

Palea ciuitas inter Cetuim & Amathum.

Olym-

Olympus mons inter Amathum & Curias

Throni ciuitas, Et extrema	67		35	

Ab oriente pelago Syro secundum descriptionem hanc,

Pedalium promontorium	67	20	35	10

Pedasium Straboni, cui collis & altus & asper immiriet, procul à Clidib. stadiis D C.lxxx.

Amachostus	67	20	35	
Pediæi fluuij ostia	66	50	35	20
SALAMIS	66	55	35	30

Leucola portus commemoratus Straboni post Pedasium promontorium.

Arsinoe ciuitas & portus inter Leucolam & Salaminam cum statione, templo & Luco.

Elæa extrema	67	20	35	20
Clides extrema	87	50	35	25

Insulæ duæ dictæ Plinio in fronte Dinaretæ promontorij ex aduerso Syriæ, procul à Pyramo stadi. Dcc.

A septentrione angustiis Ciliciæ secundum hanc descriptionem,

Carpasia ciuitas habet portum	67	5	36	

Sarpedon promontorium iuxta portum Carpasię, transitus Isthmi Carpasias insulas uersus, stadiorum xxx. in australe pelagus.

Olympus mons, & promontorium post Carpasiam, summum montis templum habuit Veneris Acræ, quod mulieribus nec adire nec uidere licuit, transiuit superstitio ad Christianos. Et in ipsa urbe Roma antistites templorum, muliebrem sexum à certis sacellis arcent, nullius matronæ pudicicia, nullius uirginis integritas, tanti habentnr, ut intra limen adorent. Hæc religio est Romana, longe à limine adorare oportet, quas pro humilitate & iniuria passa, deus obuius excipit, & cœlo dignatur. Admittuntur intra limẽ sine delectu uiri tanquàm puri, quamuis auersi & cõuersi sint qualibet impuritate cõspurcati. Quos deus à suo ipsorum supercilio, & iniquitate longè reiicit, ipsoq́ꝫ cœlo excludit.

Achæorum littus	66	30	35	40
Aphrodisium	66	40	35	40

Ad hoc insula est per angusta, procul à Salamina lxx. stadiorum interuallo.

Macharia	66	40	35	45
Ceraunia	65	20	35	45
Lapithi fluuij ostia	65	30	35	50
Lapithus ciuitas	65	30	35	50

Stationem habet & naualia.

Agidus iuxta Lapithum

Cromium extremum	65	10	35	5

Promontorium opponitur Animurio promontorio Ciliciæ, Thracheæ, transitu ccc.l. stadiorum.

Soli	65		36	5

Post Acamantem habet portum & flumen.

Calinusa extrema	64	30	35	45
Arsinoe	64	20	35	35

Ab Acamanti promontorio nauigatur Arsionoen orientem uersus.

Hicrocepia non procul à mari, ab occidente Cromij promontorij.

Orientalia insulæ Salaminia comprehendunt, occidentalia Paphia, meridionalia Amathusia, & Olympus mons.

Septentrionalia Lapathia

Ciuitates autem mediterraneæ sunt

Chytrus	66	40	35	45

Cytri dicta Plinio.

Terminthis	66	40	35	35
Tamassus	66	50	35	20
Leucusa	66	30	35	20

Per quam fluit Pediacus fluuius.

Insulæ penès ipsam sunt

Carpasiæ	64	15	36	

Aliarum meminit Plinius

Eleusa contra Emurium Ciliciæ

Quatuor

Quatuor ante promontorium.
Stiria ab altero capite.
Hieriæ contra Menaphum, Cephia, Mare quod ibi prætenditur à latere Ciliciæ uocatur Aulona,
Salamine contra Salaminam, in Sigeo mari.
Illyris, Leboſa, Telendos, Ape
Cypriæ tres ſteriles.
Dionyſia dicta Caretha.

P A L E S T I N A

F A I O Q B F Z E B G I L B R T I L A N D A V I B A V A R I I N P A L E S T I N A M P R A E F A T I O N E S.

Q V O M O D O Græcorum hiſtorias melius intelligunt: inquit diuus Hieronymus ad Rogatianum: qui Athenas uiderunt. Et tertium Vergilij librū qui à Troade per Leucaten & Acraceraunia ad Siciliā, & inde ad oſtia Tyberis nauigarunt, ita ſanctam ſcripturam lucidius intelligunt, qui Iudæam oculis ſunt contemplati, & antiquarum urbium memorias locorumq́ꝫ, uel eadem uocabula uel mutata cognouerunt. Ergo ea cauſa fuit duobus ſcriptoribus eccleſiaſticis primis, Hieronymo & Euſebio Cæſarienſi. Huic ut hebraicorum locorum deſcriptionem & tabulam ederet, qui ut opus hoc in latinam transferret linguam, commentarium: quamuis inueriſſimum: ad noſtram ætatem manſit. Tabula uero intercidit iniuria temporis. Per quā iacturam, ſunt ſacris libris legendis ueteris tenebræ: ad hanc quidem partem lucis: rurſus inductæ. Quoniam, quæ in his loca leguntur, eorum facies qualem diſpoſitionem ad ſeſe, hoc eſt, unius Paleſtinæ ſitum, & ad reliquum terrenū orbem, ad cœliq́ꝫ climata habeat, non facilius concipitur imaginatione, quàm à nudis nominibus denotentur ordine arbores nunq́ꝫ antea exploratæ ſiluæ. Fuerūt quidem: ut ætate noſtra Bratebachius eccleſiæ Moguntinæ presbiter, & eo uetuſtiores Bacho Anglus, & Burghardus quidam Dominicalis: qui paleſtinæ ſitū ſcripſerunt. Vulgata eſt etiam tabula apud CL. Ptolemæi geographicum opus, qua ueteris iacturam picturæ ſarctam quiſpiam arbitrari poſſit. Sed mihi quare iiſdem non permittam titulum Euſebianæ tabulæ, uel conſeruatæ, uel inſtauratæ, cauſæ manifeſtæ ſunt. Diuiſionem tribuum xij. ſecundum Iehoſuah fidem tenuiter aſſequuntur. Coordinationē autem locorum fecerunt, ut leuis coniectura, & imperitiſſimorum hominum: qui ſe iſtic ductores locorum faciunt: indicatio inuitauit, nulla teſtata hiſtoria, nullo auctore idoneo: quid con

ſequentia

ſequentia loca & itinera facta ſuſtinerent: conſultis, itaq; ipſis accidit, q Geomantæ puncta ſua fatidica temere magis nõ ſpargunt, quã iſti fixerunt loca. Syriaci uero maris, Libaniq; montis tractum, totiusq; tabulæ ad cœli cardinem collocationẽ, nõ ſeruarunt. Cum hæc enim: ſecundum Ptolemæi quidem traditionem: inter Aegypti & Ciliciæ oram extremam excurrat, propè inter occaſum hibernum, & æſtiuum ortum. Iſti aſſurgere littus Paleſtinæ ſeptentrionem uerſus propè ſecundum ſitum meridiani fecerunt. Porrò Aegyptum & montem Sinai totumq; deſertum: tam obſcurum hodie lectori, quã inuium olim hebræis: ex tabula detraxerũt. Neſcit lector undè & qua deduxerunt ad Paleſtinam hebræos. Quod uero hiſtoriam rerum uidetur ſpectare, Acclamationes Chriſto concionanti factas, & de uia occurſus, & ruptam ciſternam, atq; à tribus millibus annorum exaggeratam, agrum ut unde puluiſculus formati initio rerum hominis ſumptus eſt, & Zachariæ limen, & Pilati tribunal. Idq; genus minuta alia: qualia illo graui ſeculo nemo denotare, ut uenire ad poſteros aliqua fide poſſent: dignatus fuit. Iſti hoc tempore, quamuis rebus & locis infinita uaſtitate, aut excidiis funditus deletis, multisq; ſeculis ad indoctas fabulas excoctis, & ingeniorum obſcuritate ad ſupremam obliuionem redactis, & certiore perluſtratione, quibus locis ſingula geſta & ſita forent, per Saracenos excurſores interdicta. Iſti tenent, & digito notant quã confidenter priſci ſcriptores & in hiſtoria domeſtica inſtructiſſimi Samnium in ipſo Samnio non deſignaſſent, quanq; ætate noſtra Antiquarij, ſtudio omnia perueſtigandi, otio & ſecuritate luſtrandi, uetuſtatisq; nullum etiam ſaxum ſine nomine relinquẽtis diligentia ſumma. Ruinis quoq; operũ & titulis plurimum manentibus adiuti, illuſtraſſe ſatis ex ſententia ſibi nec dum uidentur unius urbis ruinas. Sed aliis alia commentaria, tum emendant, tum locupletant. Pro eiuſmodi cauſis, ego illis auctoribus ſuã ipſorum operam remiſi, & ſumpſi mihi negotium Paleſtinæ ex ueteris hiſtoriæ fide inſtituendæ. Eundem fructum ſpectans, quem primi eius auctores: dico Euſebium & Hieronymum: ſpectarunt.

Et sit hæc causa una mihi, & non illa etiam quod publice proferam inanem spem imperij trans mare & Syriam ampliandi, quæ causa Pio secundo fuit Asiæ scribendæ, ut esset itinerarium exercitibus nostris, tanquàm nautis à coelo septentrio, ex quo loca oportuna captarent, ad iniqua non inciderent, quandocunqué tandem extendendum sibi putassent imperium hoc proceres Christiani. Non ego hunc rerum euentum specto, non quia quispiam eodem uoto nominis Christiani propagandi me uincat, sed quod irriti fuerunt hactenus conatus isti, & magis his annis desperati. Pietas enim: quæ est religio Christiana: armis non obtinetur apud gentes odio nostri olim imbutas, & magis superstitione, & perditissimis morib. nostris abalienatas. Eius sententiæ exempla nobis sunt in Italia, qui aliquando Saraceni ad Nuceriam, & in Hispania qui Iudæi fuerunt. Qui ubi apud agrũ possessum manere pacta conditione: ꝙ baptisma susciperent Christianum: permissi sunt, quid illorum salutis eó procuratum fuit? Siquidem annis conditionem sequentibus aliam fidem foris simulant, aliam domi tenẽt. Institutione sancta, & uita nostra inculpata, impetratur communio hæc fidei, & uitæ consensio ad externos. Hac uia Christus, & qui eum sunt sequuti Apostoli, mundum sub Christianismum adduxerunt. Non tamen imus inficias, magis uero scripturarum auctoritati concedentes, adprobamus, Principes tueri limitem Christianum oportere, quatenus institutio popularium ad pietatem, contra perfidiam inuasoris defensa sit, foedusꝗ generis humani contra uiolentiam assertum. Sed non ea uoluntas est propugnatoribus his, nam iidem intus eadem admittunt quæcunꝗ acerba ex hoste formidamus. Benigníoris in plebem affectus, Continentiæ ab huius fortunis institutionis ad pietatem & innocentiam formandam studiũ his, atquè adeo sensus nullus, sed contumatia, & libido, & potentia formidata ubiꝗ superant, unaꝗ ualent formula dominandi, oderint dum metuant. Ad æquales autem & potentię emulos irritabiles & sese nusquàm conferentes superbæ animulæ. Sed repente bellum, nulla causa, nisi quod ambitio & cupi-

cupiditates fecere. Postea ualentiorem nacti aduersarium, pax rursus & punica fœdera. Hæc facientes fidem cœlestium armis promoueant? Potius, Dum sese in hostem semper apparant, & sub orientibus occasionibus absistunt. Dum uotum inuadendi nunqàm remittunt, & restitant tamen, efficiunt q̄ ne hostem quidem deponere arma sinunt, neq; sustinent, q̄ is querat materiam belli, & scelus suum faceret ex prouocatione, uerum, nostri minacibus studiis obijciunt offensiones, & sub uano terrore moto excitant hostem, q̄ is occupet occasionem & excurrat semper latius, atq; urgeat pressius, non secus q̄ tor rentem uiolentum hi conductis operis induxerint qui agrum deuastet. Adeo sub huius commentarij argumento, ego uotis his amplissimi imperij diuinandi multo cōstantius abstineo, & maneo apud rationem priuatam, quam initio exposui. Reputans mecum, Si qui pontem, aut uallum ex scribentis sen tentia in picturam dedit, existimauit, se abunde iuuisse historiæ intellectum. Alius qui sacrorum librorum topographiam omnem ex legitimis au ctoribus expresserit, eum recte arbitrari, sacræ historiæ cognoscendæ se lucem plurimam attulisse.

AVCTORES QVOS SVM SEQVVTVS.

COMMONERE uoluimus lectorem, nos Commentario hoc scribendo sequutos esse situm locorũ, qualis fuit florentibus rebus Hæbręorum, nam quæ hodie de Palestina referuntur, nulla non fabulosissima habentur, & quæ parte aliqua sustineri possint, recentiora quidem nihil adiuuant ueterũ commentariorum: maxime historiæ sacræ: lectionem, cui uni nostram hanc operam dedicauimus. Q; ergo super antiquitate tantum nitimur, ne quis in dubium uocet nostri commentarij fidem, adiungere uoluimus inter hæc initia, auctores nostræ descriptionis. Qui sunt sacra omnis historia, à Mose in Machabęos, Diuus Hieronymus tum aliis, tum eo libro de locis hębraicis, Strabo, Iosephus, Plinius, Ptolemæus, Antoninus. In radicibus autem suscipiendis, non unis distantiis: quia uicio exemplariũ plęrumq; fallunt: sed historiæ sacrę lectione usi sumus, perpendentes, à qua cœli plaga is locus recenseri cepisset, in quam desiisset, unde, & qua profectio, & quo facta esset. Quæ ratio, ut ad distantias concipiendas infirmior est, sic ad inclinationes definiendas multo fidelior habetur. In quibus autem utraq; ratio defuit, eiusmodi loca sita esse arbitrari oportebit, siue in linea profectionis, siue extra hanc à lęua à dextráue in ambitu duorum locorum unius antecedentis, alterius consequentis, quorum situs certus in tabula est. Quod in recensione tribuum Iehudah, Simhon, Dan & Biniamin fecisse deprehendemur. Lectione autem hębraicorum nominũ usi fuimus ex traductione Sanctis Pagnini Lucensis. Sed q; ea nomina plærumq; discedunt ab his quæ in ueteri traductione leguntur, adeo q; plane diuersa uideantur, futurum suspicamur, q; qui utuntur ueteribus bibliis desyderaturi sint, q; uetera nomina recensioribus contulissemus. Fuimus quidem in eadem uoluntate. Sed cum propria locorum ex Mose & Iosue ordine recensuerimus quo apud hos leguntur, ideoq; facile sit ueteris traductionis loca his recensioris cõferre, remittimus lectorem ad

ad illam operam quam ex nobis desyderarit. Etiam quia uetus traductio non his modo proprijs locorum, sed tota lectione parum fidelis est, proptereaq; rectè factum sit, q̄ ueteri traductione neglecta ad hanc Pagnini uersionē accedat, hoc ubi fecerit, agnoscet ultrò, occupationem nostram tantam non requiri debuisse. Quod si quis est, qui ad lectionem bibliorum le uius tenetur, siue faciendis in nouam uersionem impensis parcit, is meritus est utroque uicio, q̄ compendio illo: quale labore alieno sibi facturus erat: excludatur.

DE TABVLA CONSTITVENDA.

PARALLELVS medius tabulæ, habet proportionē ad circulum maximum quam v. ad vi. Meridianus occidentalior tabulæ, distat ab eo per insulas fortunatas gradibus lx. Orientalior grad. lxix. Parallelus borealior, distat ab æquatore gradibus xxxiij. semi. Australior gradib. xxviij. & semi & tertio, secundum hanc designationem conformetur tabula. Paretē quoq; regula par uni lateri breuiori, ut ipsi A. B. in hāc transferantur huius sectiones, atq; latitudinum inscriptiones. Sumpta ergo longitudine loci ex commentario, ponatur latus regulæ inscriptum super parem numerum laterum A. C. & B. D. Sumpta etiam latitudine loci, ei acipiatē par numerus super regula, subq; hac sectione figetur locus. Toto commentario palestinæ ad hunc modum inscripto, ut eius tabulę habeatur usus, ponatur tabula in planiciem, atq; ipsi tabulę addatur aliquod sciothericum cum magnete, quod sit quatuor æquis lateribus, apteē ita q̄ frons super quem exit, bisulca cuspis medię lineæ caui, ubi S, sistatur super latus A. C. Postea dirigatur tabula, donec magnes caui stet super linea meridiei S M. Is situs tabulæ A. C. B. D. maneat immotus, donec est ipsius pręsens usus, linea A. B. tabulę, & omnis ei ęquidistās stat in superficie cardinis mundi, qui inter uerum austrum & septentrionem extenditur. Sed A. C. & omnis ei æquidistans, exit in ortus & occasus, & A. B. est ad partes occasus, & C. D. ad ortus mundi. Suscepissem etiam fines tabulæ q̄ partē Euphratis & Chal

dæam inclusissent, quoniam hebræorum res sunt cum Syria, & Gesuri & Amanitide, cumq; locis iūctis Euphrati plurimū con iunctæ. Sed quando propter unam & alteram urbem immensa spacia, atque hæc deserta tabulam occupassent, cum iactura in teriorum locorum Palestinæ, quæ tanto fieri compressiora contingebat, quæ oportebat curare ut extensissima essent, prętermisi ob id longinqua loca, & spacia quanta fuerant occupatura per susceptam tabulæ magnitudinem, donaui Hebraicis, ne tamē etiam illa requirerentur à lectore, eduxi lineas ex loco Ierosolymorum super margines, in quibus lineis sitæ sunt memorabiles urbes comparatæ ad umbilicum Iudææ. Postea, ut earum distantiæ noscerentur, addidi lineis numerum qui eas indicaret. Hoc facto opus erit, ut tabula dirigatur sub mundi cardinem ut præfati sumus. Tunc linea quæ tendit ad conceptum locum producatur longe extra marginem, & accipiatur extensio gradus unius meridiani, utputa C. D. cum hac æquilatatione metiantur tot interualla super linea ex loco Ierosolymorum quot indicarit numerus distantiæ, sub ipsum finem est situs locus peregrinus. Esto exempli causa, locus Niniue, stetur in lineam itinerariam N. ex fine I. habetur directio N. loci ad quam mundi plagam uergat ex I. loco, Transponamus nos imaginatione illhuc in I. signum, atque ex illo tanquàm uestigio nostro intueamur quorumlibet locorum tabulæ situm ad Ierosolyma, captabimus situm & itinera locorum Palestinæ ex pictura æque efficaciter, q; si illic præsentes ipsi singula adiremus, ciuitatum autem longe distantium, quasque annotare libuit, nomina hæc sunt.

Carræ, uetus domicilium Abrahæ.

Susa Persidis.

Ecbatana, cui propinquam intelligimus Rages ciuitatem & ipsam Medorum, sitamq; in montibus Ecbatanorum.

Babylon.

Niniue.

Addidi & Romā, & Venetias. Hanc propter nauigationes, illam propter sui maiestatē, utranq; coniuncta causa propter ea-

rum

rum excellentem nobilitatem, unde non unius Italiæ, ſed Eur opæ principes urbes extra inuidiam cenſentur. Reginos purgum uero ob Germaniæ & metropolis Baioariæ patriæ honorem.

NOMINA.	LONG.	LATIT.	INCL.	DIST.	
Carræ	75	36 ½	35 ⅔	9	R S
Suſa	86 ½	32 ½	18 ½	18	R S
Ecbatana	91	37 ⅔	26 ½ ½	22	R S
Babylon	80 ½ ⅓	35	21 ⅓	13	R S
Ninus	79 ⅔	36 ⅔	29 ½	12 ⅓	R S
Roma	36 ⅓	21 ½ ½	32 ⅓	28 ½	C S
Veneciæ	32 ½ ⅓	22 ½ ⅓	20 ⅔	30	C S
Reginospurghum.	36 ½ ⅓	29	28 ⅔	30	C S
Ieroſolyma	66	31 ⅓			

Vnde & inclinationes & diſtantiæ memoratæ ſuſcipiuntur.

Linea autem inclinationis: cuius ſit exemplum I. N.: qualiter ex quocunque loco dato ad alium quemcunque diuerſum conſtituatur. Alterius operæ eſt, & ſuper ea tradidimus canonem uniuerſalem in opuſculo Progymnaſmatum Geographicorum duobus meteoroſcopijs organis.

Diſtat uero N. ex I. ex illa diſciplina partibus xij. & tertio partium meridiani A. B. uel C. D. & facit diſtantia recta in terra ſecundum menſuram notam nobis D ccxl. m. paſſuum tanquàm unus gradus maximi circuli det lx. millia paſſuum in maxima terræ circumferentia. Schœnos autem Cxcvij. Duorum uero locorum ex tabula aſſumptorum, diſtantia recta ſic concipitur, Extenditur circinus ſuper bina loca, et æquilatatio traiicit̃ ſuper alterutrum meridianum A. B. uel C. D. Gradus & ſexageſimę interceptę dant circumferentiã maximi cœleſtis circuli inter loca incidentis. Hęc menſura ad diſtantiã

in terrena superficie notam adducatur, notare conuenit, quod uni sexagesimo gradus distantiam tribuimus mille passuum. Quatuor autem millibus passuum schoenum unum. Schoenus est milliare Germanicum mediocre. Eius totius descriptionis exemplum propositum intus est in opere, in uniuersali tabula palestinae.

PALESTINA, Quae Iudaea & Coelesyria dicitur, terminatur ab occidente parte Phoeniciae, quae à Sidone usquè in Gazam & Arabiam extenditur, secundum Syriaci maris littus. A septentrione & oriente, Libano & Antilibano montibus. A meridie, Arabia Petrea. Latitudo eius, accipitur ab Iope oppido, ad Thraconos montes, siue Antilibanum lx. circiter mill. passuum, quam mediam ferè diuidit Iordanis fluuius. Longitudo à fontibus Iordanis & monte Libano, usquè Beersebam urbem, atquè ingressum Aegypti clx. mil. passuum. Clauditur circundata undique montibus hinc abscisis rupibus & uallibus: effossis concursu torrentium: inde altis & implexis anfractibus sic coarctatis, ut per angustos calles transitus uix pateat uiatori. Montes qui ad Arabiam spectant aeris & ferri feraces sunt. Sed Iudaei: inquit Strabo: effossiones facere desierunt, terrore imperij Chaldaeorum & Persarum, ne operarum praetextu, uiae partim laxerentur, partim proderentur. Septentrionalia tenent Galilaei. Media Samaritae. Australia, qui propriè Iudęi dicuntur. Porrò sub ea parte Philistaei quoque & Idumaei comprehenduntur. Quae uero extra Iordanem est, eius septentrionalia tenet Gaulonitis, usque in Gerazam aut Pellam urbes. Succedentia deinde usque ad Asphaltiten lacum, & Arabiam, Peroea dicta regio, siue Galaaditis. Area intra Iordanem secundum praefinitos limites est ix mill. D c. milliarium quadratorum. Cui tamen comprehensioni

ſioni accedit, ubi illis campis addantur ardua montium, qui lateribus in omnem partem in ſublime aſſurgunt, & reddunt aliam tellurem arabilem, & uineis & oliuetis excolendam. Quæ ſpacia ita colligimus ſecundum aliquam coniecturam. Statuamus montes qui à Phœnicia ad Aegyptum, tum alios qui per ripam interiorem Iordanis à monte Libano, in Sehir montana deſcendunt. Horum latera quatuor reddunt quadruplicatos agros longitudinis, faciũt tellurem cum priore milliaria D ccc. Deinde per uerſos campos, qui à Iordane ad mare Syriacum pertinent, inſtar eorum qui à Ierichunte ueniunt medij inter tribus Ephraim & Bin Iamin. Sicut Iudęa inter Sehir montes & Libanum, tota montibus diſperſa eſt: faciamus talium: quales Bin Iamin tribum ab Auſtro & Borea includunt: ordines xij. Surgent latera alia xxiiij. Hæc etiam tellus ducatur in latitudinem priorem, illi quoq; addatur, redditur Iudæa per latum aucta D cclxxx. milliaribus. Duę menſurę auctæ per longum & latum, ducantur in ſe, redditur ager ſexagies centenũ ducentorum xl. millium milliarium quadratorum. Latera montium quanta mare Syriacum & Iordanem reſpiciunt & longitudinem augent, non uenerunt nobis in rationem. Vertices uero, hoc eſt, ſupina montium dorſa accedunt telluri quantam pedes montium ſubtrahunt humanis uſibus. Hęc fuerit comprehenſio Iudęæ, tanquàm exporrecta tota in campos iacentes foret, collecta à nobis minime ad amplificationem, immò reperiendam multis partibus, etiam extenſiorem ubi montium ambitus & uallium, dimenſim noſcerentur. Hæc inquiſitio uideri debebit minimè ocioſe ſuſcepta eſſe per nos, ut dubitatio tollat̃, quomodo terra tam anguſta exiſtimata ſuffecerit alere tam numeroſum populum, quantus fuit, uel ſub cenſu acto per Dauid regem, quo relata ſunt tredecies centena millia integræ ætatis, qui in miliciam ſcriberentur, quæ tamen copiæ non totæ intra Iordanem, uerum tres tribus extra fluuium habitabant. Quæ ſecundum aliquam rationem cenſus acti, ſub Moſe libro numerorum detrahit pàrtim plus partes quatuor facitq; reliqua copia circiter D ccccLxxxv. m. Huic frequentiæq;

tiæq; demus uxores singulas ut geminatos senes utroq; sexu parentes, utq; tres liberos per singulos patres F. crescet numerus ad quinquagies centena D cccl. millia, & in singula capita cōtinget arandum partim plus milliare quadratum, uni autem patri F: semotis partibus parentum: quinq; milliaria quadrata Sed quantum agri hic superfuerit, collati uiritim, licet deprehendere commentario hoc Palestinæ legendo, ubi celebratissimæ urbes, Tyrus, Sidon, Ptolemais, Ierichus exiguū agrum habuerunt, ubiq; una tribus Beniamin & urbes ipsius xxvi. angustam tellurem ararunt, cuius deniq; tractus inter Ierichuntem & Ierosolyma, lapidosus & inarabilis habebatur. Ad hāc comprehensionem ubi deniq; accesserit studium culturæ, & supra naturalem fœcunditatem: quantam Palestinæ fuisse credimus, parem Tacapis urbe, & locis circum Syrtes, quæ Emporia Afri dixerunt: colonus agro exercendo uires excitarit. Fatebit̃ quispiam terram eā spaciosam pro colono fuisse. Spectemus post id quod splendorem palestinę & amœnitatem attinet. Dico uillarum & urbium situm & frequentiam, ut alię in amœnis uallibus, aliæ in aereis montibus, aliæ aliis sese spectandas sibi tota palestina, tanquam in unum coactæ theatrum prębuerunt, tanto splendore, ꝙ ferè nescitur optio, homines maiorene uoluptate è uallibus suspexerint imminentem sibi à montibus circumquaq; coronam urbium, & artium, an de sublimi despexerint in insignium locorum circumfusa quaquauersum tecta? utq; montanæ ex sublimitate situs sua cœli salubritate fruebantur, & cedentes uallibus præbebant campestribus, ꝙ hæ quoq;, quo laxius, eò etiam salubrius habitarent, & plęnius captarent per conualles spirantes auras, postea etiam locupletius ararent, illis frumentū pararent, illi uicissim armenta: quorum per montes pabulum commodius prouenit: uinaq;: qualium est mitib. & ad soles expositis collibus cultura melior: campestribus inferent, alerentq; uicissim copiam rerum, proq; telluris conditione, nulla eius portio relinqueretur non laborata, & in usum mortaliū digesta. Quæ consyderantib. nobis, fateamur oportet, nullam regionem tanto finiū ambitu unq;

fuisse

fuiſſe, quæ ſtipata hominum & urbium frequentia, fœcundita-
te, ſalubritate, amœnitate, rerum omnium fœlicitate, huic, aut
æquari aut præferri potuiſſet. Talem terram diuina prouiden-
tia habitandam dedit genti Hebrææ. Non ob eam modo cau-
ſam incomparabilis fœcunditatis, ſed ꝙ inter Hiſpanum & In-
dum, interq́ꝫ Scytham & Aethiopem prope media iacet, & hic
mari noſtro, illhic Arabico ſinui propinqua, nauigationes aut
ipſa faciebat ad memoratos fines, aut inde ſuſcipiebat, unde eue
niebat, ꝙ maieſtatis, ſanctitatis, purificationum templi, legiti
mæq́ꝫ religionis, miraculorum quoqꝫ: quantis diuinitas eam
continue aſſerebat: fama celeriter & facili uia ad terrarum &
gentium extrema quaquauerſum perueniret. Nuſquamq́ꝫ de-
eſſet mundo teſtificatio melioris religionis, quã is uel in
ſe admitteret, uel ab ipſius ultro deſpectæ conſci
entia ſub ultimum rerum exitum extra defen
ſionẽ damnaretur.

PALEST

INATERMI

NATVR,

ab occidente mari Syriç ſecundum littoris deſcriptionē hanc, Poſt Nagoræ fluuij oſtia quæ in Syria dicta ſunt, & habent gradus 67 5́0 33 3́5

A S E R tribus.

Sidon magna. Diſtat xiiij. m. paſſuum à Tyro, ſtadijs cccc. à Baruto, in Phœnicia regionis Tripolitanæ. Dicta antiquitus Sichem ab eius conditore filio Chenahahan nepote Noes, ſita eſt ad commodiſſimum continentis portum extenſa in longum in planicie per littus, quoniam ab ortu Antilibanus incumbebat, fuit memorabilis magnitudinis. Et eius priſca nobilitas apparet ex ruinis, quæ fidem narrantis ſuperāt. Eſt hodie oppidum breue in ſede ueteris, munitiſſimum quidem cū aliis præſidiis, tū duab. arcibus ualidiſſimis, una ab aquilone ſuper rupe circumfluo mari, altera ab auſtro in cōtinenti, etiam ipſa in rupe. Cœlum urbis eſt ſaluberrimum, & ager fertiliſſimus.

Sarphat ciuitas 67 1́0 33 28

Media diſtantia inter Sidonem & Tyrum, Ad huius oppidi, uiduam eſt miſſus propheta Helias in fame, huius mentio fit in hiſtoria euangelica.

Ramah. Fluuij oſtia. Auium, meminit huius Strabo.

Tyrus, Sor in Hebræo, ciuitas munita: inquit Iehoſuah: quod adiectum magnam emphaſim habet, metropolis Phœniciç maxima urbium poſt Sidonem, & potius magnitudine, antiquitate & ſplendore cum illa contendens, regionis Tripolitanæ, & quæ eodem ferè modo quo Aradus habitaē, inſula

quondam

quondã & prelato mari diuisa à continenti. Postea Nebuchodonosoris & Alexandri Macedonis oppugnantiũ molib. in uoraginẽ coniectis facta cõtinens fuit, circuitu est rotundo m. pasſ. xix. Portus duos, clausum unum, alterũ publicũ quem Aegyptium uocant. Distat à Sidone m. pasſ. xiiij. à Ptolemaide xxxij. siue ut Strabo, stadiis cc. Cõdita est à diluuio annis m. clx. munita est hac etiã ætate firmissimis muris, amplior aliquanto Ptolemaide. Qua parte in continentem pertingit munita est incomparabili firmitate, & turrib. xij. intus adiacente arce. Reliqua laxitas ambit mari, & ipsa munita turrib. ut inexpugnabilis uideatur. Intus est spectabilis palatiis, uidentur ex ueteri fœlicitate ędificia antiqua deiecta, columnę marmoreæ, & secti lapidis ad normam, opera quę pro sui mole & artificio stuporem faciunt contuentibus.

Fontes iiij perenniũ aquarũ rigant agrum Tyri, absunt austrũ uersus duob. m. pasſ. à mari stadio uno, concipiunt in Libano monte tam larga uena, ut redundantes efficiant riuum profundum prope ad mensuram humanã. Fontes uero ipsi profundi ut Sarissam ęquẽt. Includunt margines parietib. secti lapidis: artificio tot seculis indissolubili: unius qui maximus est laxitas quadrata extendit sexagenis pedib. reliquorum tricenis septenis

Ecdippa. Album promontorium.

Sandalium castellum	66	59′	33	2′
Achzib	67		33	3′
Lamperti castellum	66	53′	33	
Saron mons inter duo castella extensus.				
Sichor Libnath	66	53′	33	
Accon & Ptolemais	66	50′	32	58

Sita in Cheronneso in formam Peltæ, cuius duo latera ambiuntur mari, tertium in continentem pertingit. Dicitur & Hactipos & Colonia Claudia, circundatur montibus, qui ab oriente distant stadiis lx.

Scala Tiriorum mons, procul à Ptolomaide stadiis centum.

Carmelus ad Ptolomaidem pertingit ad stadia cxx. urbs ipsa stabat integra ante annos hos ccl. munitissima muris, turribus fossis, ager circum est fertilissimus qui patet ab orientali plaga

mille passuum, ut plurimum vi.

Cendeuia palus in agro ptolemaidis ad orientales partes montium, est infecta Crocodilis.

Belus & Pagida fluuiolus concipiť in Cendeuia palude, erumpit apud Ptolemaiden, pcul ij. stadiis. Fert arenas paruo littore uitri feraces. Vallis est rotunda emittens uitreã arenã, quæ licet exhauriať, tamen uenti recentem cõuehunt de superciliis circumiacentiũ montiũ. Ea arena etiã metalla quæ susceperit mutat in uitrum, uitrũ quoq; factum si in arenam & margines uallis coniiciatur redit in arenã, tamen eã non fundi hoc loco dicunt: ait Srtabo: sed cũ Sidonem lata sit, fusionem recipere.

ZEBVLVN tribus.

Iocneham & fluuij ostia	66	28	32	55
Dabbaseth	66	27	32	52
Marhalah	66	22	32	29
Sycaminum	66	21	32	28

Epha in hebrço, procul xiiij. m. à Ptolemaide super Carmelo.

Sarid	66	36	32	50
Carmelum promontorium	66	35	32	50

ISASCAR tribus.

Magdiel	66	30	32	22
Dora	66	25	32	38

In xi. milliario Cæsareæ Stratonis dicta in hebræo Naphat-.

Dor ciuitas regia, de qua Hierony: loquẽs de Paula Romana matrona: scribit, Mirata ruinas Dor urbis, quondã potentissimæ, fuit illustris, adeo φ ętate Machabæorũ Antiochus rex eam obsederit cxx. millium peditum, viij. m. equitũ exercitu.

MENASSEH tribus.

Cæsarea stratonis	66	16	32	25

Dicta Prima Flauia, quia Vespasianus illhuc Coloniã deduxerat. Sed mansit illi nomen Cæsareę apud posteros, quod illi dedit Herodes superior qui eam mirificis operib. exornauit. In ipsius media area locũ delegit stadij unius & semi, in quo Augustæum ædificauit. Distat à Ierosolymis stadiis Dc. Eius urbis est diligẽs ac ambitiosa descriptio apud Iosephum. Distat à Sycamino m. pass. xx. Sebaste portus Cæsariensis.

EPH

E P H A R A I M tribus.

Machmethath	66		32	26′
Dioſpolis	65	43′	32	6′

Dicta Lidda, maxima ciuitas, procul à Cæſarea m.paſſ.lviij. à Iamnia xij.

D A N tribus.

Iopa	65	40′	32	5′

Iuxta quam littus Aegypti mirum in modum flectit̃ ad aquilonem: inquit Strabo: Huic aſſentiuntur tabulę Venetæ. Ptole. ex traditiõe Marini, ſitus quod inde ad urbẽ Iſſum aſcẽdit reddidit inclinatius cõtra ortum ſolſticialẽ, quem ſitũ ideo nõ correximus ad Strab. cum ꝙ his quoqꝫ auctorib. aliqua fides eſt, quando Marinus etiã Tyrius fuerit, tum ꝙ nos mutare omnes numeros lõgitudinũ ab Iſſo uſqꝫ inſulas fortunatas, & qđ maximũ eſt, longitudinẽ Alexandrię nos mouere oportuiſſet. Antiquiorẽ ferunt: ait Plin: terrarꝫ inundatione, inſidet colli prgiacente ſaxo, quod portum prębet, importuoſum quidem, deſinit quoqꝫ in aſperum et arduũ littus ac ſummis utrinqꝫ cornib. leuiter incuruum, quæ ingentibus procellis, pelagus turbant. Aquilo autem aduerſus feriensqꝫ littora affligit ſummos fluctus in obiectas cautes, eoqꝫ efficit ſtationem non tutam.

Bala promontorium	65	43′	32	4′
Secrona	65	44′	32	3′
Iabneel	65	43′	32	2′

Dicta Iamnitorꝫ portus inter Diſpolim & Azotum, procul ab hac cc. quaſi ſtadiis, à Ieroſolymis ccxl.

Oſtia torrentis apud Iabneel.

Aſdod	65	35′	32	

Dicta Azotus, oppidum inſigne, procul ab Aſcalone cc. prope ſtadiis. Remanſerunt in eo reſidui gigantes Enachim.

I E H V D A H tribus.

Aſchelon	65	24′	31	53′

Antiqua ciuitas, procul à Ieroſolymis D ccxx. ſtadiis. Antoninus ponit m.paſſ.lxxiiij. Extat hodie, ſed breui ambitu, munitiſſima autem: Inquit Pauſanias in Atticis: Phœnices Aſcalonem in Paleſtina incolunt, uerè hoc dicit, nã Phœnices totum

hoc littus à Syria in Aegyptum tenuerunt.

Angaris mons 65 12 31 23

Maionia portus Gazeorum 65 10 31 20

Anthedon, procul à Gazeorum portu, stadiis vij. Hanc Strabo nouit euersam. Plinius uero ponit in continente.

Agrippias, Herodes instaurãs Anthedonem, dicit Agrippiadem ex nomine Agrippæ generi Augusti cæsaris.

Raphia, Raphace 62 57 31 33

Rhinocorura 62 20 31 30

Sichor uel Rhinocori fluuij ostia, apud Rhinocoruram.

Cursus autem Iarden fluuij sic se habet,

Dan fons 67 25 33 8

Ad Panium antrũ in quarto milliario Cæsareæ Paneadis euntibus Tyrum. Hoc loco Abraham assequutus Syros, cecidit. Ex eo loco fuit mulier sanata per Christum à fluxu sanguinis. In monte imminente fonti dicto Bahalgad, Herodes superior magnificentissimum templum construxerat, consecraratq; nomini Octauiani Augusti.

Panium antrum sub monte excelso Libani, in cuius latere antrum hoc umbrosum aperitur profundi præcipicij, unde exhalat grauis odor. Intus fons imperscrutabilis profunditatis. Foris ad pedem montis & fauces antri scaturiunt fontes unde Iarden fluuius concipitur.

Iar fons 67 31 33 7

Coniunctio fontium, & eo loco ciuitas

Cæsaræa 67 30 33 5

Dicta & Diospolis, à uicino templo aureo Iouis in mõte Chermon, ut in Dan fonte dictum est, distat à Tyro m. pass. xx.

Sephama 67 22 33 2

Super occidentali ripa Iarden fluuij.

Coniunctio fluuij cum palude Samachonite.

Samachonitis palus & super orientali parte ipsius

Seleucia ciuitas 67 17 32 50

Facit eius mentionem Iosephus.

Eruptio fluuij 67 11 32 22

Thalla uicus 67 10 32 21

Super

Super occidentali ripa fluuij.
Coniunctio Iarden cum lacu Genesar,& oppidum

Capernaum	66	53	32	29
Eruptio fluuij	66	43	32	21
Ephron	66	42	32	20

Valida ciuitas super Iordane,ad orientales partes, quasi contra Scythopolim.
Iabboc torrentis coniunctio cum Iarden & oppida,

Ennon	66	40	32	19

Iuxta Salim in viij. lapide Scythopolis,ubi Ioan. baptizabat.
Suchoth super eadem coniunctione fluminum,ex parte orientis,castra Iahacob patriarchę,quãdo ex Mesopotamia rediit.
Penuel idem locus Suchoth,ex euentu dictus, quia Iahacob à lucta cum angelo dixisset,uidi dominum facie ad faciem.

Salem ciuitas	66	37	32	18

Agri Sichimorum, sita in planicie,ubi regia ostenditur Malchisedech ex ruinis testata: inquit Hieronymus: ueteris operis magnificentiam.

Contra Ierichuntem	66	17	32	1
Cherith torrentis	66	17	31	57
Coniunctio cum Iordane.				
Ostia Iordanis	66	17	31	54

In lacu Asphaltite. Fluuius inuitus se prębet Iudaeę: inquit Plinius: cui ut primum fuit cõuallium occasio in lacum sese fundit Genesaram. Fluit deinde post eruptionem per mediam aulonem,& in mari mortuo perdit laudatas aquas. Hic nobis cõsyderandum,ꝙ enim ubi nunc est Asphaltis lacus,fuit priori aetate uallis Salinarum praedicatae foecunditatis & amoenitatis, quam Iordanis mediam rigabat, sequitur ut ante enatum lacũ Iordanis uel excurrerit ad mare oppositum tanquàm Elaniten sinum, cui lacus ex reliquo littore rubri maris propius accedit,quasi ad schoenos xxx.uel citra consistens absumptus cuniculis fuerit, ꝙ & aliis fluminibus accidit Euphrati Syriae, & Nigriti Africae, excurrisse unq̃ ad ostia usq; maris nullo indicio historiae & locorũ ostendi potest. Neq; filij Israel alio q̃ cõtra Ierichuntem loco transiisse Iordanem scribuntur,transi-

issent autē uia à Cades Barnea ad Moab, relinquit ut cuniculis sorbeat, qđ cōsequimur deniq; cōiecturis. Fluuius uidelicet aquę salubris, & multo leuioris pmisceri lacui crasso multo bitumine, & tota natura graui nō potest. Etiā q illic fuerūt: in quib. est Purghardus quidā Dominicus, qui ante hos annos ccl, totam Palestinā decennali peragratōe lustrauit, & locorū cōmentariū reliquit: referunt ad nos, ubi flumina magnis & durātib. imbrib. aucta sunt, ripas lacus impleri, hic si accessione aquæ breuis tēporis lacus exēplo marium seipsum intra cōsuetam mensurā nō fert, minus affluxu fluminū tot seculis se ferret. Recētiores etiā illi referunt ambitū lacus ad eum ppemodum ad qualē historia uetus. Ex quib. rebus colligo, esse cuniculos in quos Iordanis cōdatur. Et ut memini: dicit Purghardus: esse huius quoq; temporis accolas, qui sic opinentur. Sed quomodo accrescant ripę sub auctu fluminū, causam puto, q hiatus sunt angustiores aggestione aquarum, itaq; ripas uideri tantisper plæniores.

Samachonitis lacus latus occidentale & ciuitas,

Riblah	67	13	32	29

Dicta ad Hain in terra Chamath. Hanc Antiochiā Epidaphnen interpretantur, cum Riblah sita sit ad Samachonitem paludem post Sepham ad austrum, ut Deute. indicat, à quo situ Antiochia abest millib. pass. amplius xc. Sed est etiam in tribu Naphthali Quercetū, siue Daphne nemus, circa quod est sita Riblah, quæ res inducere errorem potuit.

Latus orientale	67	15	32	25

Distat ipse lacus à Dan fonte, stadiis circiter cxliiij. Lōgitudinis lx. latitud. xxx, stadiorum, æstate ferè siccatur in paludes. Fert calamum aromaticum, silua circum est infesta leonibus.

Genesar lacus, latus occidentale, post Capernaum,

Betsaida oppidum	66	51	32	29

Iulias in sede Bethsaide, ædificata à Philippo filio Herodis in deserto Aulonis. Fuit insignis aquæ ductu, cuius ruine hodie cernuntur.

Magdalum	66	28	32	28

Inde fuit Maria dicta peccatrix.

Chison

Chiſon torrentis oſtia	66	26	32	28
Tyberias	66	22	32	26
Taricheæ	66	23	32	25

Duabus his urbib. imminet communiter à meridiana plaga mons tam propinquus mœnib. ut ſit pro aggere, unde etiam tela coniici contra urbes poſſunt. Lacus Tarichearum inquit Ioſephus: præbet optimas piſcium condituras.

Ab orientali latere lacus ciuitates,

Chorazim	66	52	32	29

Super coniunctione Iordanis cũ lacu Geneſar ſuper orientali parte quatuor millibus procul à Capernaum.

Iulias	66	56	32	27

Dicta & Bethanarea. Hanc Herodes poſterior Iuliadã dixit, Sita eſt: auctorib. Plinio & Ioſepho: ſuper orientali parte Geneſar, procul à Samachonite palude ſtadiis amplius cxx.

Gadara, dicta & Geraſa	66	28	32	23

Geneſar lacus eſt longus, ad ſtadia cliiij. latus per xxx. procul à Dan fonte m. paſſuum xlij.

Aſphaltitis lacus latus quod reſpicit Iudęam, poſt Iordanis fluuij oſtia.

Maſada caſtellum	66	21	31	27

Saxum eſt lx. ſtadiorũ ambitu, undiq; abruptis & altis uallib. cinctũ. Duob. locis in difficilem explicat̃ aſcẽſum. Iter unũ facilius aditu eſt ab occidẽte, alterũ ab Aſphaltite lacu, & uocat̃ coluber, ab anguſtia et crebris flexib. capta ſimilitudine, uix q; eo itinere gradiẽs promouet pedẽ, nam nutãti, ueſtigiũ neceſſe eſt pede altero niti. Eſt autẽ certa pernicies, altitudo n. rupiũ utrinq; dehiſcit, ut terrere quemuis audaciſſimũ poſſit. Per eiuſmodi uiã cum xxx. ſtadiis aſcẽderis, quod uerticis reſtat nõ eſt in cautiũ formã coactum, ſed habet in ſummo planiciẽ patentẽ quaquauerſum ſtadiis xx. in qua Ionathes põtifex caſtellum Maſadam primus ędificauit, poſt Herodi ſtudiũ magnũ fuit eius loci confirmandi, nã per omnẽ eius gyrũ murũ erexit altũ xviij. craſſum xij. ped. ex candido lapideq; turres xxvij. proceras ſeptuagenis quinis pedib. In his & toto muri ambitu, habitationes per membra ędificauit, nam mediam areã cul-

turę destinauerat,quę ad tollerandam famam arari posset. Ad occidentalem ascensum septentrionem uersus intra reliquum ambitum regiam construxit, cuius murus erat crassus & firmissimus,turresq́ habebat in angulis nonagenum pedum. Intus erat membrorum, porticuum & balneorum uaria & sumptuosa cõstructio,columnis & nobilib. saxis ubiq́ substitutis. Etiam circa regiam & circa turres multos & capaces puteos excidit,ut arcis custodes copiam aquę haberent, quantam qui fontibus utuntur. Iter ex regia in arcem summã ducebant fossę quas foris nemo cernebat,sed ne uiæ ad collem facile hosti patebant. Nam orientalis quidem natura inaccessa erat,occidentalem autem ab aspectu excludebat magna turris posita in angustia ascensus,quę neq́ transiri neq́ facile capi posse uidebat, & distabat à summa planiciæ stadiis amplius xi. Ita natura simul & manu castellum erat cõmunitum, excisum quinetiam per Romanos anno sequente euersionem Ierosolymorum.

Henghedi	66	2/2	31	8/3

Dicta Casesontamar,ciuitas palmarum,à Iosepho Gaddi, sita post ciuitatẽ Salis,procul ab Aelia,stadiis ccc. nascitur in eius agro palma præcipua & balsamum. Nunc alterũ: inquit Plinius: bustum à Ierosolymis, super Asphaltite lacu,in desertò Cades in extremis finibus Daromæ, in eo habitabant antiqui tus Emoræi.

Henghedi montes imminent,urbi sublimes,pręruptis cautib. in solito situ,ut contemplantibus plané horrorem incutiant,in quorum ambitu erant horti balsami & nemora palmarum.

Sohar ciuitas	66	1/7	31	38

Dicta antiquitus Bala Edomææ, ferax balsami & dactilorũ. Ad hanc confugit Loth ex incendio Sodomorum.

Sedom ciuitas impiorũ super lacu Asphaltite, propinqua ipsi Sohar,de qua & quinq́ urbium subuersione Strabo hæc scribit. Regio circum ignea est, cuius permulta alia signa accolæ afferunt,nam & petras asperas,exustas circa Masadam ostendunt,& multis in locis pręrupta,& terram cinerulentã,& guttas picis ex petris distillantes, & flumina fetido odore, efferuentia,& habitationes passim euersas,ut his fidẽ adhibeãt,quę ab

ab indigenis prædicãtur. Q, in hoc loco xiij. urbes olim habitarentur, quarum metropolis Sodoma adhuc lx. ſtadiorũ ambitũ ſeruet. Et q ex terremotib. & ignis afflatu, & aquis calidis & bituminoſis & ſulphureis lacus eruperit, & q petræ igniſeræ factæ ſint, & urbium aliæ abſorptæ, aliæ derelictæ ab his quicunq; effugere potuerunt.

Libet ex occaſione loci iſtud quoq; conſyderandũ proponere lectori. Quando Syri contra quinq; reges euerſarum urbium pugnarunt, totaq; montana Sehir excurrerũt, cœde & prędã uaſtarunt Abraham ipſum qui in agro Chebronis tabernaculum habebat, Philiſtęosq; qui regionẽ uicinam Sehir mõtib. tenebant, nõ extra terrorem fuiſſe hoſtis, neq; ut ſui ſecuros à bello quieuiſſe, ſed à primo tempore hoſtis uenientis habuiſſe paratũ militem, quo uim, ſi qua illata fuiſſet, arcerẽt, hoc nobis ſubindicat belli euentus. Q, enim Abrahã imparatus hactenus, & demũ à clade accepta Sodomorum, exercitũ, nõ eum modo domeſticum, ſed quoq; ſociorũ coęgiſſet, priusq; reſides excitaſſet in bellum, priusq; q̃ hi delectũ nouum ęgiſſent, maxime non iam cõmuni periculo, ſed domeſtico malo Abrahę auertendo pugnaturi cũ fortiſſimo & irritato à uictoria hoſte, omne bene gerendę rei tempus Abrahæ effluxiſſet, ne dum q deniq; aſſequi potuiſſet ex itinere per ſpacia terrarum quanta ſunt à Philiſtęa ad Libanũ & fontes Iordanis. Profuerit mea ſententia obſeruaſſe iſta circa hiſtoriæ naturam, habet enim nõnullam uim ad geſtarũ rerum magnitudinẽ æſtimandam, undeq; hiſtoria ſacra animo excitatiore legatur.

Hamorah, Adamah, Seboim, damnatæ urbes in uicinia Sedom Extremum maris ſalis à limite qui reſpicit ad

meridiem	65	58	31	28

Et egreditur à meridie ad aſcenſum ſcorpionum, hoc eſt,

Medium littus auſtrale	66	13	31	29
Eruptio Zered torrentis	66	19	31	32
Conuerſio ad ſeptentriones	66	25	31	20
Arnonis fluuij oſtia	66	23	31	53

De ipſo quoq;, ut de Iordane ſentimus, q intra cuniculos condatur, ne miſceatur paludi.

Asphaltis lacus, dictus mare salis, sub ostijs Iordanis, distat à Ierosolymis stadiis quasi ccxv. Medio eius littore apud Henghedi stadiis ccc. Super littore apud Akrabbim stadiis cc. Lõgitudo tota est stadiorum D lxxx. secundum has tres distantias summas, proq; tota longitudine accepit eam in tabula dispositionem, Strabo supra reliquam fidem et diligentiam suam Sirbonidem lacum, & Asphaltiten confundit, manifesto errore, uel auctoris, uel exemplarium. Haraba, hoc est deserti, & Salinarum mare, qui Asphaltis lacus descendit ab Hengedi ad Sohar, nihil præter bitumen gignit. Hęc est gleba terrea, unctuosa, quæ calore liquescit & efflatur, rursusq; ab aqua frigida concrescit, cõcreta fluitat in summo, nec innatare, nec mergi potest, sed attolli. In summo autem incuruata speciem prebet tergoris cameli, sectioneq; aut cuneorum dispalatiõe opus est. Inordinatis autem temporibus efflatur cũ bullis, quasi feruentis aquæ, fauillæq; multum emittit. Lacus ipse fumosus, & aer aspectu æri & argento, & tersis omnibus usq; ad aurum rubiginem inducit, unde cum uasa situm contrahunt, iam accolæ intelligunt incipere bituminis eruptionem, ac sese arundineis ratibus ad id inquirendum accingunt, refert autem quisq; quantũ uult. Lacus nullum corpus animantis recipit, tauri & cameli fluitant, etiã homines nandi imperiti ubi ad ilia usq; in eum processerint attolluntur. Manet lacui tetra illa facies, nostra etiam ætate, sed est ad eum difficilis accessus peregrinis, cũ propter immanes feras & serpentes, tum Beduinos pastores gentem feram, quæ hæc loca & totam Thraconitidem uagis domicilijs & latrociniis infestat.

Vallis siluestris uel salinarum est, quã Asphaltis lacus inundauit, antiquitus cultissima erat, adeo ut ob fœlicitatem paradiso dei conferretur. Mansit eius species apud Ierichuntem & Henghedi, ubi illa sunt palmeta & horti balsami. Post autem Sodoma euersa, & uicina oppida, mutata est in illam sterilitatem, ita ut per viij.m. passuum procul à lacu, utraq; ripa fluminis sentiat afflatum bituminis, & sterilitatem.

Meron

Meron lacus 66 36 32 25
Ad eum Iabin rex Chaſor,& omnis Ghalilęa & Samaria ſunt caſtrametati,pugnaturi cum Iehoſuah.
Miſrephath aquæ,regionis Sidoniorum,Iehoſuah & exercitus perſequuti ſunt hoſtes usq; ad Sidon magnã,& usq; Miſrephoth aquarum,& uſq; ad campum Miſpah ad orientem.
Chiſon torrentis fontes 66 29 32 27
Concipiuntur in Ghilboah monte,à fontibus occurrens Chermon monti paruo dicto,pars fluminis exit in lacum Geneſar: ut dictum fuit:pars in mare Syriacũ ſub Carmelo monte. Vocatur libro Iudicum & Chedumim, ſuper orientali flumine eſt profligatus Siſera.
MONTES uero in prouincia,præter eos qui dicti ſunt,inſignes habentur.
Qui per littus maris Syriaci à Phœnicia ad Aegyptum uſq; extenduntur,
Iaphiah pars ſuperiorum,qui inter Iopen & Sicaminum.
Libanus mons,qui à tergo Tyri incipiens ad Damaſcum peruenit,tantæ ſublimitatis, ut ſit fidus niuibus, unde etiam Tyrum deferuntur niues,quibus temperent æſtiua pocula.
Bahalghad mõs,pars Libani incipientis ſub Tyro. Iehoſuah, Omnis Lebanon ad ortum ſolis,à bahalgad ſub monte Chermon,donec ingrediaris Chamath. Chaſor ſita in campo, ad occidentalem plagam Iarden.
Chermon mons iuga Libani à Tyro uſq; in gradus 67 33 33 20
Thraconi montes qui ab hoc fine deſcendunt uſq; ad lacum Aſphaltiten.
Chermon mons,pars Thraconorum,quæ ab eodem fine deſcendit uſq; in gradus 67 26 32 52
Ghilhad mons pars Thraconorũ ab hoc fine Chermon montis uſq; in gradus 66 55 32 20
Habarim mons,qui à Ghilhad deſcendit uſq; in gradus 66 5 31 25
Ferreus mons,pars Habarim montium qui à Ghilhad uſq; ad

Aſphaltiten lacum deſcendit.

Sehir montana, quæ inter Aſphaltiten lacum & Aegyptum.

Iudęæ montana, quæ à ſitu Ieroſolymorum deſcendunt ad Sehir in gradibus 65 30 31 30

Ephraim montana, quę inter Ierichuntem & Ieroſolima extenduntur, & ab hoc fine aſcendunt contra ſeptentriones per tractum maris uſq; Gazeram urbem.

Ghilboah montes quorum fines gradus habent	66	35	32	23
Et	66	25	32	30
Chermon paruus mons	66	30	32	29

Ad huius occurſum Chiſion torrens frangitur, atq; in duo flumina exit.

Acrabitenæ montes, qui ab occidentali parte Iordanis fluminis deſcendunt, uſq; ad Sehir montana & Pharan deſertum.

Aulon Saueh, uallis regis & illuſtris dicta. Eius longitudo eſt inter Geneſar & Aſphaltiten lacum, ſtadiorum ccxxx. Latitudo inter Acrabitenæ & Thraconos montes ſtadiorum lvi. per quam mediam defluit Iordanis.

Tabor mons cuius fines	66	35	32	22
Et	66	25	32	38

Hi ſunt fluuij, lacus, montes, nota maiore digni, qui præterea ſunt, circa ſingularia loca dicentur.

Tenent autem Paleſtinam populi, quorum antiquiſſima nomina memorantur

Chenahanæi, qui omnes gentes Paleſtinæ complectuntur, quæ inter Iordanem ſunt & mare Syriæ, Syriamq; & Arabiam petræam.

Emoręus qui Libanum montem à tergo Phœnicis tenet. Alius qui Ghilhad montem inter flumina Iabboc & Arnonem. Alius quoq; qui montana Pharan inter ſina & Cadesbarneã. Chittæus, qui in tractu Chebronis.

Chenizæus qui auſtraliora tenet Iudææ tribus.

Chiuuæus, qui Samariam, & qui Chermon montem à tergo Tyri tenet.

Peri-

Perizæus, qui Samariam & Gibhon urbis regionem.
Iebusæus qui item Ghibhon urbem & Ierusalaim.
Rephaim gens quæ uallem inter montana Iudæ & mare magnum incolit.
Chenæus uidetur ubi Cheni regio circa Henghedi.
Ghirgesæus
Chadmonæus

Recentior historia sic diuidit Palestinam. Septentrionalia tenent Galilæi. Media Samaritæ. Australia, qui propriè Iudæi uocantur.

Galilæa est duplex, superior quæ & Gentium uocatur, atq; inferior, diuiduntur autem super tractu per Ptolemaiden usq; Thallam uicum super Iordane qui dictus fuit, utraq; opima & fertilis est, neq; pars earum ulla ociosa, omnis in opere, assiduéq; fructuum ferax. Campos habet cum uariis arboribus cõsitos, tum maxime oliuetis, uinetis ac palmetis. Irrigatur autem abunde montanis torrentibus ac fontibus aquæ perennis, quoties aliis Syrio æstuãte defecerint. Crebræ ibi ciuitates, & propter opulentiam populosæ, ubiq; multitudo uicorum, & qui breuissimus est, supra xv. m. colonorum habet, Tenẽt autem Galilæam superiorem duæ tribus, Aser & Naphthali.

ASER, TRIBVS

EGRESSA Est autem sors quinta tribui filiorum Aser per familias suas. Fuitq; terminus eorum

Chelchath	67	10	33	20
Ciuitas separata Leuitis,				
Chali	67	10	33	11
De hac non potuerunt expelli ueteres cultores.				
Bethen	67	7′	33	8′
In viij. miliario ptolemaidis contra orientalem plagam				
Achsaph	67	3′	33	5′

Regia ciuitas in x. milliario ptolemaidis pergentibus Tyrum, in hac alienigenæ permanserunt.

Alamelech	67		33	2'
Hamhad	67		33	3'
Misal	66	57'	33	

Ciuitas separata leuitis, & peruenit in Charmel ad mare in

Sichor Libnath	66	53'	33	

Quia mons Charmelus late patet, qua ergo eius parte tribus desinat, addidit Iehosuah apud Sichor Libnath, & reuertitur ab ortu solis.

Bethdagon	66	55'	32	58'

Et peruenient in Zebulun & uallem

Iphthachel ad aquilonem	66	56'	32	56'
Bethhahemec	66	5½'	32	55'

In viij. milliario ptolemaidis. Symachus interpretatur locum uallis Nehiel, unde terminus tribus egreditur ad læuam

Nehiel	67		32	58'

Et exibit ad

Chabul à sinistra	67	½'	33	½'

Castellum hac etiam ætate. Est autem Chabul regio xx oppidorum, de qua Regum tertio. Tunc dedit rex Selomoh ipsi Chiram uiginti urbes in terra Ghalil. & egressus est Chiran è Tyro, ut uideret urbes quas tradiderat ei Selomoh, & non placuerunt in oculis eius, & dixit. Quales sunt urbes istæ, quas dedisti mihi frater mi? Et appellauit eas terram Chabul, usque ad diem hanc. Secundo autem Paralipomenon. Ciuitates, quas dedit Chiram Selomoni, ædificauit Selomoh, & habitare fecit ibi filios Israel. Quid hæc contraria historia? An Chiram oppida, cum non probaret, reddidit, quæ postea Selomoh ædificauit, uidelicet splendidiora reddens? Sed quia regi Hebræo non licebat reddere possessionem cuiuscunque tribus angustiorem, quoniam earum termini iure diuino definiti erant, ergo an hoc potius, quod oppida quæ Selomoh ex Tyrio habuit, non erant illa xx. de quibus libro Regum, sed alia ex commutatione accepta, Accedit sententiæ huic, quod sine appellatione terræ Chabul memorantur. Deinde quod Tyrius cum Selomoh expostulauit super exilitate oppidorum, quod

eum

eum facere ingratuita munificentia minus decuisset. Q. cp Selomoh illic habitare fecit filios Israel, hi quomodo non superiori tempore habitabant iisdem, si eadem illa xx. fuissent?

Hebron 67 10' 33 10'

Rechob 67 13' 33 12'

Ciuitas separata leuitis.

Chammon ciuitas 67 13' 33 17'

Procul vi. m. pass. à Legione oppido uiæ ad Ptolemaidem.

Canah maior 67 12' 33 26'

Ex huius regione fuit mulier cuius filiam Christus à demonio liberauit. Vsq; ad Sidon magnã. Et reuertet terminus in Rhamah usq; in ciuitatem munitam Sor; & reuertitur terminus in

Chosah 67 5' 33 11'

Haud procul à mari, inter Tyrum & Achsaph,

Eritq; exitus eius ad mare, à funiculo ad Achzib, et

Humah 67 3' 33 6'

Aphec 67 8' 33 10'

Rechob regio subiecta monti Chermon.

Tahanach 67 9' 33 6'

Extra autem Iehosuah.

Aser tribus, tenuit omnem terram à Ptolemaide conuersam ad Sidonem, auctor Iosephus.

Tyrus antiqua 67 3' 33 18'

Propè Chosan, in xxx. stadio à Tyro ad Ptolemaidem.

Giscala 67 3' 33 3'

Municipium Ghalilęæ superioris ad finem Tyriorum prope Achsaph ad australem plagam. Antiqua patria Maiorũ Pauli apostoli.

Fortis mons castellum	66	58'	33	
Thoron castellum	67	6'	33	7'
Asor	67	9'	33	9'
Iudin	66	57'	33	
Regium castellum	66	59'	33	1'
Sennim uallis	67	1'	32	58'

Sepheth castellum 67 3′ 33

Huius etiam ætatis inexpugnabile, quod qui possidet, imperat toti Galilææ.

Aser uallis 67 5′ 33 2′

Hacho. Fit eius mentio libro Iudicum.

Lais Dan 67 1′ 33

Sita in ualle Bethrechob procul à Ptolemaide m.p.xiiij. contra boreales partes, non procul ab urbibus Galgalis & Masaloth. Regionis quidem Aser tribus, possessionis autē Dan. In Iehosuah scribit Lesem. Ascenderuntq́ filij Dan, & pugnauerunt cū Lesem, cœperuntq́ eam, & percusserunt eam acie gladij, & habitauerūt in ea, & uocauerūt Lesem Dan, secundum nomē Dan patris sui. Diuersa ea est, à Dan loco fontis Iordanis, quod ꝑdit distantia à Ptolemaide, quæ multo breuior est ꝙ ut contingat fontē Iordanis, sed & Dan fontis fit memoria in Genesi sub reb. gestis Abrahę. Dc. annis prope anteq̄ posteritas Dan caperet urbē, & loco nomen daret, sub urbis etiā expugnatione nō hoc nomen Dan tanq̄ antiquū, sed Lais uel Lesem urbi fuit, ob ea, loci utriusq; nec eandem originē nominis esse, nec sitū eundē opinari oportet. Sed istud habet maiorem quæstionem, ꝙ in Iehosuah scribitur, quomodo ea tribus Lesem cœperit, & possederit annis circiter ccl. ante id tempus quo eam cœpisse demum scribitur in libro Iudicum? An sub imperio Iabin regis Chenahan, qui regnauit in Chasor, & dominatus Hebræis per Ghalilæam fuit, possessionem urbis amisit, & annis sequentibus ubi conualescerent res Hebræorum, ipsa tribus ueterem sedem repetiuit?

Memnonis sepulchrū in agro Ptolemaidis ꝓpe Belū fluuiū.

Crocodilum oppidum agri Ptolemaidis, putandum est situm esse ad Cendeuiam paludem, qua belua palus infesta est.

Bubulcorum oppidum, situm in ambitu Ptolemaidis.

NAPHTHALI, TRIBVS

FILIIS. Naphthali exiuit sors sexta per familias suas

ſuas,& fuit terminus eorum,

Cheleph	67	21ʹ	33	3ʹ
Ab Elon	67	16ʹ	32	55ʹ

In Sahanannim,Quercetum ſub Chedes ciuitate.Et

Adami ipſius Necheb	67	12ʹ	32	52ʹ
Iabneel	67	10ʹ	32	49ʹ
Vſq; ad Lacchum	67	10ʹ	32	46ʹ

Et fuit exitus eius uſq; ad Iarden.Et reuertetur terminus ad mare,ad

Aznoth Tabor	67	4ʹ	32	50ʹ

Et egreditur inde in

Chuchoch	67	2ʹ	32	54ʹ

Et perueniet in Zebulun à meridie,& in Aſer peruenit ab occidente,& in Iehudah ad Iardẽ ad ortũ ſolis. Cũ inter has medię ſint Zebulun,Iſſchar,Menaſſeh,Ephraim,Bin iamin,nõ queo explicare,quomodo Naphthali tribus confinis ſit tribui Iehudah. Etiam Iudæi Ferrarienſes conſulti non explicuerũt. Refert quidem Hierony. tribum Iehudah bellicoſiſſimã fuiſſe, & tenuiſſe poſſeſſionem per alias tribus. Damus iſtud in quaſdam attiguas,ut eſt Ephraim,Bin iamin,Dan & Simhon, ſed & ipſum ſero poſt ætatem Iehoſuah. An Iehoſuah id uoluit ꝙ ut Naphthali tribus tenet exordia Iordanis,ita Iehudah exitũ. Longè petita interpretatio forſan uidetur,ſed etiam in Menaſſeh tribu tale aliquid legimus. Et in Aſer cõtingebant ſe ab aquilone. Hoc ita dixit. Quaſi Aſer deſcendat in Menaſſeh cũ interſint tribus Zebulun & Iſſchar, cum is ſenſus potior uideatur, Menaſſeh terminari ad fines Carmeli montis,ad cuius fines & Aſer terminatur,ſed diuerſo ſitu.

Et ciuitates munitæ

Siddimſer	67	17ʹ	33	14ʹ
Chammath ciuitas leuitarum	67	17ʹ	33	12ʹ
Raccath	67	16ʹ	33	7ʹ
Chinereth	67	12ʹ	33	4ʹ
Adamah.	67	9ʹ	33	2ʹ
Ramah	67	7ʹ	33	1ʹ

Chaſor 67 5′ 32 57′

Vrbs in uia à Ptolemaide ad Dan fontē, de qua in Thobiah, ꝙ habet ad ſiniſtram Sephet.

Chaſor campus inter urbes Chaſor & Chedes Naphthali. Via publica eſt ex Thraconitide per ſuperiora Samachonitis paludis, de qua in Thobiah. Poſt uiam quæ ducit ad occidentem, in ſiniſtro habens ciuitatem Sephet.

Chedes, Cidiſſus 67 15′ 33

Ciuitas ſacerdotalis, & fugitiuorum, ſuper monte Naphtali in xx. milliario Tyri, regia ciuitas.

Edrehi 67 18′ 33 2′

Hen chaſor 67 22′ 33 8′

Regia Iabin regis Chenahan, terminus orientalis terræ promiſſæ filiis Iſrael, unde deſcendit contra auſtrum ſecundum loca commemorata, Riblah ad Ain, & reliqua.

Iron 67 21′ 33 7′

Migdalel 67 18′ 33 7′

Chorem 67 17′ 33 8′

Bethhanath 67 15′ 33 12′

In xv. lapide Diocæſareæ ſita in monte. Hieronymus ſub Bethannea dicit eſſe tribus Aſer, unde liquet haberi eam occidentaliorē Diocæſarea. Lauachra ſalubria ſunt apud Bethanath.

Bethſemes 67 13′ 33 12′

Charthan ciuitas ſeparata leuitis.

Extra autem Iehoſuah.

Naphthali tribus, tenuit Ghalilæam ſuperiorē uſq; Damaſcū.

Sedad 67 18′ 33 10′

Siphron 67 21′ 33 9′

Charoſeth ſuper lacu Samachonite: auctore Ioſepho: ciuitas Siſeræ.

Bethmahacha 67 22′ 32 59′

Regionis Berim, quaſi lx. ſtadiis procul à Iordane, urbs Emoræorum. Ad hanc uſq; penetrauit Sebah, filius Bochri, mouens res nouas contra Dauid regem.

Abelah mahacha 67 17′ 32 57′
Munitiſſima ciuitas regionis Berim ſuperioris Ghalilææ, de qua legitur ſecundo Regum. Ego Abelah ſum inter pacificas & fideles Iſrael. Sita eſt in campo grandi, procul à Legione oppido ix. millib. paſſuum.
Bethacad 67 8′ 32 59′
Legio oppidum 67 12′ 32 5′
In campo latiſſimo, procul à Leſem Dan, m. p. xi. procul à Chammon vi. uiæ ad Ptolemaidem.
Gabe Hippeon, ſiue: ut Plinius: Gęba. Herodes ſuperior in eã deduxit coloniam ex equitibus. Coniuncta eſt Carmelo Tyriorum, procul à Cæſarea Paneadis m. paſſuum xvi. Opinari libet eandem eſſe quę Legio, ita ſitus utriuſque propinquus eſt, & nomen Legionis habet ſignificationem coloniæ ex militibus deductæ.
Velenæ 67 20′ 33 10′
Ampeloeſſa ciuitas regionis Paneadis.
Gabacha in finibus Diocæſareæ, iuxta grandem campum Legionis.
Salothi uicus ſitus in campo magno.
Berothi uicus 66 57′ 32 53′
Ianua uilla 67 13′ 33 2′
In tertio milliario Legionis contra meridiem.
Ghalgala 67 7′ 33
Auſtraliora q̃ Maſaloth, & q̃ Abilah.
Maſaloth ciuitas 67 12′ 33
Regionis Arbelis uel Berim.
Naphthalis ciuitas 67 7′ 32 56′
Procul à Chaſor duob. m. à Sephet viij: de qua in Thobiah: Quæ eſt in ſuperioribus Ghalilæę, ſupra Nachſon, poſt uiam quæ ducit ad occidentem, in ſiniſtro habens Sephet.
Nachſon 67 7′ 32 52′
Acrabim ciuitas Ghalilęæ ſuperioris, in finibus Emoræorum, ex qua Naphthali tribus alienigenas non eiecit.
Tabor mons 67 16′ 33 2′

Medius campi maximi Galilææ, à parte boreali est inaccessus sublimis ad stadia xxx. admittens planiciem mire rotundam, per stadia xx. Vocatur & Itabirium, in eo creditur Christus transfiguratus, omnino est is diuersus à Tabore qui per latam tribum Isaschar extenditur.

Asamon, mons, dictus & Asachron undiq; medius Ghalilææ. Et ei subiecta

Sephoris ciuitas	66	57	32	27

Dicta & Harabih & Authocratorida, ualidissima & maxima ciuitas tutissimoq; Ghalilææ loco condita, prope Asachron montem, procul à Ptolemaide, quasi xiij. m. pass. uiæ ad Tyberiadē. Herodes posterior: frater Philippi: eam cōmuniuit.

Vbama in xij. milliario	67	20	32	58

Diocæsareę contra ortum. Putandum est q; sit Sephama ciuitas, terminus orientalis memorata post Siphron.

Taariach procul iiij. millibus à Legione.

Thessalus uicus	67	20	33	3

In viij. milliario Diocęsareę ad radicē montis Tabor in cāpo.

Yturæa regio tenet borealia tribus Naphthali per montem Libanum usq; Thraconos montes.

Labo chamath, id est ingressus Chamath, portæ in Syriam inter Tyrum & Dan fontem.

Chammath regio uidetur quæ Yturæa.

ZEBLVN, TRIBVS

ASCENDIT autem sors tertia filiis Zebulun per familias suas, & fuit terminus hereditatis eorū usq; ad Sarid, ascendetq; terminus eorum ad mare, & Marhalah, & pertingit ad Dabaseth. Et pertinget ad flumen: quod est è regione Iocneham: & reuertetur ad Sarid ad orientem, ad ortum solis, contra terminum

Chisloth Tabor	66	27	32	38
Dabrath	66	52	32	36

Iaphiah, & inde transiuit ad orientem, ad ortum

Gittah

Gittah chepher	66	54′	32	38′
Patria Ionæ prophetæ, & exibit in				
Rimmon	67	2′	32	38
Nehah	67	2′	32	42′
Ahanathon	67	3′	32	47′

Et erunt egreſſus eius ad uallem Iphthachel.
Præter limitaneas, quæ intra tribum ſunt ciuitates
Caththat. Et
Nahalal ciuitas, ſeparata leuitis. In qua ueteres cultores permanſerunt, Simron, Idhalah, Bethlachem, ſeparatæ etiam leuitis, Cartah, Dimnah.
Helias propheta apud Iochneham: ciuitatem Leuitarum: occidit D cccl. prophetas Bahal.

Extra autem Iehoſuah.

Zebulun tribus, à Geneſar lacu deſcendit circa Carmelum montem, uſq; ad mare.
Prophoia & Caiapha ciuitas ad montem Carmeli.
Carmelum oppidum, ſitum in Carmelo monte, dictum antiquitus Ecbatana.
Carmelũ mons lõge incontinentẽ recedit uſq; Thabor montẽ
Geneſar regio apud Capernaum ciuitatem.
Capernaum fons Geneſar regionis, fecundans agrum ad ſtadia xxx. per longum, peruerſum xx. Nobilis Corace piſce, qui præterea niſi in Nilo reperitur.
Ghitron commemorata in libro Iudicum, in hac ueteres habitatores permanſerunt.
Malon regia. Vt in Iehoſuah, Iabin rex Chaſor miſit ad regẽ Malon, ad regem Simbron, ad regem Achſaph, ad planiciẽ, ad auſtrum Chinneroth, & in Naphat Dor ab occidente.

Georgia caſtellum	66	59′	32	50′
Canah minor	66	52′	32	48′
Ruina caſtellum	66	52′	32	40′
Chaymoth	66	43′	32	44′
Naſareth, patria Chriſti ſeruatoris	66	56′	32	42′

ISASCHAR, TRIBVS

EGRESSA, est autem sors quarta, filiis Isaschar per familias suas. Et fuit terminus eorum,

Izrehelah ciuitas	66	30	32	32

Regia, procul à Scythopoli m. p. xx. pulcherrimum situm habuit, & longe prospexit ad Carmelum & Tabor montes, & regionem ultra Iordanem.

Azari dicta Iosepho quae Izrehel.

Carethi oppidum hoc tempore in ruinis Izrehel.

Chesuloth	66	31	32	32
Sunem	66	33	32	33

Sita ad orientales partes Carmeli montis non procul à Ghilboah monte post Chesuloth directa ad Capharaim in v. milliario Tabor montis. Et mons eiusdem nominis imminens ciuitati, ad eam Pelistim sunt castrametati contra Saul regem.

Capharaim	66	36	32	31
Sion	66	22	32	30
Anacharath	66	22	32	31
Rabbith	66	31	32	36
Chision ciuitas, separata leuitis	66	32	32	38
Abes	66	32	32	20
Remeth	66	33	32	22
Hengannim ciuitas, separata leuitis	66	32	32	25
Henchaddah	66	38	32	21
Bethpasses ciuitas	66	22	32	20
Et peruenit terminus in				
Tabor montem	66	22	32	36
Sachasimah	66	26	32	35
Bethsemes	66	29	32	32

Et erunt exitus termini eorum ad Iarden

Pahrath, Iarmuth, ciuitates separatae leuitis.

Extra Iehosuah

Isaschar trib. terminum habuit Iordanem & Carmelum montem

tem in longitudine, in latitudine Itabirium.

Enabris uicus 66 21 32 23

Dictus & Gennabris, procul à Tyberiade xxx. stadiis uiæ quasi ad Scytopolim in Aulone, unde regiæ uallis longitudo sumitur usque ad Asphaltiten lacum.

Naim oppidum 66 35 32 33

In secundo milliario Tabor montis contra austrũ, ad pedem Chermon minoris montis iuxta Hendor uillam.

Betsaida desertum in Aulone apud urbem eius nominis.

Magdiel 66 30 32 20

In v. milliario Doræ pergentibus ptolemaidem.

Chison & Chedumim torrens per eam tribum fluit utroque al ueo. Super dextro qui in Genesar lacũ exit, Debbora uicit Siseram. Super sinistro, qui in mare magnũ, Helias occidit prophetas Bahal.

Chinereth regio à lacu Chinereth siue Genesar dicta, de qua tercio Regum. Cheneroth uniuersam cepit rex Aram cum omni terra Naphthali.

Dalmanutha regio, quæ & Magdalũ, de qua in historia euangelica, sita uidetur inter lacum Genesar & Tabor montem.

Saron regio, inter Cæsaream Palestinæ, & Tabor montem lacumque Genesar, tractus totus pascuus. Fit eius mentio primo Paralipomenon.

Iotapata non procul à Tyberiade uiæ ad Sephorim, ciuitas paulo minus tota præceps rupes, immensis undique uallibus, à boreali tantum parte cliuum admittit, in quo per uersum latus montis sita ciuitas fuit.

E IOSEPH, TRIBVS

ET EGRESSA est sors filiis Ioseph à Iarden Iericho id est à transitu Iarden apud Ierichuntem ad Aquas Iericho: qui unicus fons est urbi irrigans agrum longitudine lxx. latitudine xx. stadiorũ, incomparabilis fœcunditatis: Ad orientem desertum, ascendens à Iericho in montem

Bethel 66 5′ 33 1′
Et egreditur Bethel in
Liez 66 2′ 32 1′
Et transibit ad terminum
Archhatharoth Iaphleti 65 55′ 32 1′
Dicta in Bin Iamin Hatharoth adar, usq; ad terminum
Bethchoron inferiorem 65 5½′ 32
Sita ad decliuem collem, descendendo à Ghibhon ad Antipatridam in descensu Siloh, communis limes tribuum Ephraim & Bin Iamin.
Et ascendet ad mare usq; ad
Ghazer 66 10′ 32 20′
In iiij. milliario Nicopolis, Et non expulerunt Chenahanęum habitantem in Ghazer.
Eruntq; exitus eius ad mare, & hereditate acceperunt filij Ioseph, Menasseh, & Ephraim.

Extra Iehosuah.

Vna est tribus Ioseph, & duę styrpes Menasseh & Ephraim, Quia enim tribus Leui non erat in reliquis habitura hereditatem, ne propterea deesset duodenario numero familiarum, uoluit patriarcha Iahacob tribum Ioseph in duas styrpes deduci, ut sub finem Genesis legimus. Sed quod sacramētum sit duodenario numero, q; patriarcha totam posteritatem eo finiri uoluerit. Q; postea Christus ex omnibus sectatoribus suis duodecim seligeret, sedes iudiciarias xij. poneret, & tribus xij iudicandas sub mortalium uniuersitate pronunciaret. Q; q; cum ex eo apostolorum numero Iudas Iscariotes excidisset, Petrus pro diuina ordinatione necessarium existimarit uicarium subrogare, non posse explicari puto. Nam q; ad mysteria numerorum secundum Pithagoricum institutū questionem adducamus, non plus uirium habet, q̄ si ad Origenianas allegorias, quæ ab humana coniectura profectæ infirma opinione constant. Deniq; post diuinorum librorum conscriptionem sero suscepta, ut multū impudentiæ habeāt, si sacrorum libro-

rum

rum ſenſa ita demũ aut intellecta ſint, aut omnino intelligi uoluerunt, poſtquã humanæ ſapientiæ ope adiuta fuiſſent? Fuit aũt tribus Ioſeph in reliquis potentiſſima, neq; alia geſſit maiores ſpiritus, aut redigi in numerum minus ſuſtinuit. Faciebant illi animos, gloria illa cum cæteris communis, quoniam Abraham, Iſahac, & Iahacob haberet Maiores, dictos amicos dei, qua agnatione non alia nobilior contingere mortalibus poteſt. Domeſticus deinde ſplendor ſupra reliquas tribus, quoniam auctorem ſtyrpis agnoſceret Ioſeph, illum Aegypti dominum, Pharaonisq; patrem. Inſoleſcebat inde etiam, & contemptius illas excipiebat, & his occulta animi contentione intendebat, q horum patres in fratris necem conſpiraſſent, alienæ genti uendidiſſent, in multas erumnas excluſiſſent, q hos auctor idem generis ſui in fame pauiſſet, parte Aegypti donaſſet, ſibiq; tanto impudentius gratulabatur, q Ioſeph nulla tali macula uitæ aſperſus eſſet, uerum pari innocentia q̃ imperio ſummo uixiſſet. Sed & Iehoſuah, dux ſecundus à Moſe in ſuis Maioribus fuiſſet diuino colloquio & miraculis conſecratus. Poſtea tabernaculũ & archa teſtamenti & ſedes religionis in ipſius ſortis poſſeſſione multis ætatibus fuiſſet. Tanta illuſtriũ rerum prærogatiua ſe ſublimiorem contribulibus ubiq; ferebat. Neq; alia tribus indignius tulit regnum trib. Iudæ, & religionis locum translatum. Neq; decem tribus alterius q̃ Ioſeph imperium & religionem quamuis falſam patientius admiſerunt, adeo, ut cum à Iehudah & ſanctitate templi ſubinde deficerent, à regno Ioſeph, & huius aureis uitulis per annos plus minus cccc. nunquàm defecerunt.

MENASSEH, TRIBVS

FVIT autem terminus Menaſſeh ab

Aſecham michmethah	66	2/3	32	1/3

Ciuitas procul xv. m. à Neapoli in Acrabitena corã Sechem, & perget terminus ad dextram ad habitatores

Hen Tapuah	66	1/2	31	5/9

Ipsi Menasseh fuit terra Tapuah. Et Tapuah erat ad terminũ Menasseh filiis Ephraim. Descendetq; terminus ad torrẽtem arundinis ad meridiem ad torrentem: nempe Cherith: Ciuitates istæ, nempè, terræ Tapuah erant Ephraim in medio ciuitatum Menasseh. Et terminus Menasseh ab aquilone ipsi torrenti, & fuit exitus eius ad mare ad meridiem ipsius Ephraim, & ad aquilonem ipsi Menasseh. Fuitq; mare: nempe magnum: terminus eius, & in Aser contingebant se ab aquilone, & Issaschar ab oriente. Fuitq; Menasseh in Issaschar & in Aser.

Bethsean	66	21	32	25

Dicta Scythopolis, procul à Ierusalẽ D c. stadiis, sita in Aulone ad montes Acrabitenę, in ea ueteres cultores permanserũt.

Iblehan	66	26	32	22

Ex ea Menasseh non potuit expellere ueteres cultores, sita ad ascensum montis.

Hendor oppidum	66	32	32	27

Iuxta Scythopolim in iiij. milliario montis Tabor, procul à Naim oppido totidem.

Tahanah separata leuitis	66	28	32	29
Meghiddo regia	66	26	32	32

Ghathrimmon ciuitas separata leuitis.

Extra Iehosuah.

Menasseh tribus, longitudo à Iordane ad Doram, latitudo ad Bethseam.

Sarehan	66	28	32	32

Ad radices montis Izrehel.

Vlama uilla	66	22	32	22

In xij. milliario Cæsareæ contra ortum.

Silua ingens post Cæsaream contra orientalem plagam.

Lacus Cæsareæ.

Sechem in suburbanis Neapolis	66	30	32	23
Sechem altera	66	28	32	22

Tribus Ephraim in monte, ciuitas fugitiuorum, procul tribus millibus à Neapoli.

Neapolis

Neapolis dicta Sechem tribus Menassch,procul à Ierusalaim m. pa.T.xxx. uia ad Scythopolim. Plinius inquit, dictam ab accolis Marmortham,Iosephus Marbotam.

Sechem & Sichar & Sichima tribus Ephraim sub Gherizim monte. Huius ager est optimus ad pascua ouiũ & ualde copiosus ad pabulũ largiendum. In huius agro Abrahã profectus ex Carris aliquandiu habitauit,& sequẽti ętate nepos Iahacob cuius filij urbẽ cœdibus exhauserũt, in ultionẽ stupratæ sororis. Multis seculis post rursus euersa funditus fuit per Abimelech tyrannũ urbis. Apud hãc sepultos ait Stepha. martyr filios xij. Iahacob. Et descendit: inquit in actis apostolo. Iahacob in Aegyptũ. defunctusq́ꝫ est ipse & patres nostri, & translati sunt in Sichẽ,& positi sunt in sepulchro quod emit Abraham precio argenti á filiis Emor,filij Sichẽ. Atqui in Gen. nõ Abraham,sed Iahacob legit̃ hoc loco emisse agrum. Et uenit Iahacob incolumis in ciuitatẽ Sechem quę erat in terra Chenahan, quãdo uenit ipse de Padan Aram,& mansit ante urbem, & emit partẽ agri,in quo tetẽdit tabernaculũ suum,de manu filiorum Chamor patris Sechem centũ agnis. Porro de Abrahã. Et respondit Ephron ad Abrahã dicendo ei. Domie mi,audi me. Terra quadringentorꝫ seclorum argenteorũ est, inter me & te. Quid est? Et mortuũ tuum sepeli. Et obediuit Abrahã ipsi Ephron,& appẽdit Abraham ipsi Ephron argentũ quod loquutus fuerat in auribus filiorũ Chet quadringentos seclos argenteos transeuntes per mercatores, & cõfirmatus est ager Hephron,qui erat in spelunca duplici, qui erat corã Mamre. Ager & spelunca quæ erat in eo, & omnis arbor, quæ erat in agro,quæ erat in omni termino eius per circuitum. Audiuimus ꝙ Abrahã emerit agrum & sepulchrũ in regiõe Chebronis. Q, q́ꝫ non is sed Iahacob agrum emerit in regione Sechem. Quid ad narrationem martyris dicemus. Nunquid ipse obliuionis,uel scriptura coarguenda mendæ uidetur? Sicq́ꝫ legendum. Et positi sunt in sepulchro quod emit Iahacob? Sed ab ætate Hieronymi is locus Actuum apostolorum sic legebatur, nec is uicium lectioni dixit, magis expositionem que-

f iij

ſiuit, quo hoc etiam uetuſtatis & authoritatis uiri argumento intelligamus locum ſyncerum eſſe. Tamen Hiero. ut mouet quidē queſtionem, ſic eam in aliud reiicit tempus & lectorem ſuſpendit. Nobis circa locum id uidetur. Poſtquam Abraham in terra Chenahan, parte eius ubi Sechem ciuitas conſedit, cum inter initia uocationis haud quaquam intelligeret quorſum tēderet diuina uocatio, id autem ſolum teneret promiſſam ſibi fuiſſe terram Chenahan, eum arbitratum eſſe ut componeret hoc loco domum, & reliqua circa ſe euenientia expectaret, emeritque agrum & ſepulchrum ſibi ſuisq́; Sed cum ex præſenti quiete, locum ex loco mutare iuſſus eſſet, reliquiſſe agrum emptum. Eum anno poſt plus minus centeſimo decimo nepos Iahacob à Meſopotamia reuerſus propter memoriam aui Abraham, longa autem ceſſione abalienatum recuperauit, ut ager idem bis emptus intelligatur, martyrq́; antiquioris meminerit. Atq; hæc ſententia noſtra tam conueniens hiſtoriæ uideri debebit, q̄ non fuit Martyr in contione à Iudæis reprehenſus, quoniam ex maiorum receptione illi etiam noſſent, fidem narrationis ſe ita habere, reprehenſuri certè: irritati alioqui in martyrem: ubi hæc ab una Geneſis lectione rememorantem expendiſſent.

Sehnon mons imminens ipſi Sechem.

Dothan ciuitas 66 37 32 25

In xij. milliario Samariæ contra ſeptentrionem, de qua in Iehudit. Venerunt per crepidinem montis Bethuliæ uſq; ad apicem qui reſpicit ſuper Dothaim.

Galgulis 65 58 32 11

In viij. milliario Antipatridis cōtra ſeptentrionalem plagam, eius ſit mentio libro primo Machabæorum.

Bethulia ciuitas 66 39 32 25

Montana Acrabitenæ regionis, ex horum latere quo montes ad occidentem reſpiciunt, ſita contra Scythopolim.

Fons Bethuliæ in ualle ad auſtrum, quo ſe Iehudith uidua lauit à cœde Holofernis.

Abel mecholah 66 32 32 20

Sita

Sita in Aulone, in xij. milliario Scythopolis, patria Elisa prophetæ.

Cherith torrentis fontes 66 7′ 32 1′

Ad australiores partes castrorum Ghilghal. Apud hanc sedit Eliiahu propheta in fame. Libet hic ex occasione situs loci distantiaque ad regionem Sidoniorum: non minore cxx. milliũ passuum: consyderare præsentis historiæ affectum. Deus iubet prophetam abire in desertum tutum, ibi leuat ipsi ministerio coruorum inediam famis, donec superest aqua torrenti, Is ubi exarescit, non etiam leuat eodem miraculo sitim. Et quantum hoc fuerat diuinitati utrunque procurare? Immò in siti etiam præscindit remedium famis, exque præsenti præsidio loci prophetam alió mittit. Non hic etiam ad uicinos Edomęos, Arabas, tribusúe propinquas Bin Iamin & Iehudah, sed ad Sarphath Sidoniorum, quo perueniendum erat non minus sex dierum profectione per medium hostile imperium, perque ipsas regias immitis Achab. Hic quali nuncio inopinato, non perculsum fuisse, & inter formidinem periculi ex uia, & fiduciam in deum prophetam medium stetisse arbitramur? Postea ut fides in deum tanto superarit, ꝙ omne discrimen uiæ & hospitiorum ingressus sit. Huiusmodi affectus historiæ nequaquàm lectorem subibit, si non sit ex locorum qualitate excitatus.

Lebonnah 66 17′ 32 19′

Luz altera 66 27′ 32 28′

Iuxta Sichem ueterem in tercio milliario Neapolis.

Gherizim mons imminens Sichar.

Armathaim, & Ramatha, & Arimathæa ciuitas separata leuitis, & patria Semuelis, in Tamnitica regione montis Ephraim iuxta Dispolim procul ab Aelia xx. m.

Antipatrida 65 53 32 6′

In optimo Iudææ campo & diuiti arboribus & fluminibus sita inter Diospolim & Cęsaream, procul ab Iope cl. stadiis contra orientalem plagam.

Capharsalamah, ipsa Antipatrida de qua in Maccabæis. Exi-

uit Nicanor in pugnam obuiam Iehudah iuxta Capharſalamah, & ceciderunt de Nicanoris exercitu, & fugerunt in ciuitatem Dauid.

Aruir uilla 66 12 32 15

Sita in monte contra ſeptentrionalem plagam Aeliæ in xv. lapide.

Geba 66 11 32 11

Procul à Guphnis v. m. uia ad Neapolim.

Remmon 66 9 32 10

Procul xv. m. ab Aelia contra ſeptentrionalem plagam.

Guphne ciuitas 65 52 32 3

Maxima propè Bethchoron inferiorem quaſi xxxv. ſtadiis.

Anua uilla 66 20 32 17

Procul x. m. à Neapoli uiæ ad Aeliam ſcribitur & Auim.

Thebe oppidum 66 30 32 25

In xiij. milliario Neapolis uiæ ad Scythopolim.

Alexandrium 66 23 32 11

Caſtellum firmiſſimum Acrabitenæ, procul à Ierichunte circiter xxij. m. paſſuum.

Corea regio Acrabitenæ circa ſitum Alexandrij caſtelli.

Siloh mons 65 58 31 58

Procul ab Aelia iiij. m. paſſ. contra angulum urbis, ad occaſum æſtiuum, mons ſublimior reliquis qui circum Aeliam ſunt ſiti, pars montium Ieharim, in eo erat erectum tabernaculum Moſeh ante templi Selomoh ædificationem.

Tahanath Siloh 66 27 32 19

Sita eſt in Acrabitena regione in x. milliario Neapolis ad auſtrum, uia quæ ducit ad Bethel.

Phaſelum oppidum 66 1½ 32 2

Procul à Ierichunte iiij. m. contra ſeptentrionem in Aulone.

Doech caſtellum 66 12 32 ½

Procul à Phaſelo iiij. m. ad occidentem in Acrabitena, in eo eſt occiſus Simhon Mattithiah.

Iordanus uicus 66 12 32

Confinium Samariæ & Iudeæ, ſcribit Ioſephus, ꝙ terminet à

meridie longitudinem Iudææ totius, ſed cum eius latitudinem dicat terminari inter Iopen & Iordanem, uidetur ſequi q̄ uicus ſit in regione Ierichuntis.

Bezech 66 38 32 28

Et recenſuit Saul rex eos in Beſech: ſequitur: Sic dicetis uiris Iabes Galaad. Cras erit uobis ſalus. Hinc colligitur diſtantia uidelicet, itineris quantum una nocte tranſigitur expedito exercitui. Eſt autem ſitũ in vij. lapide Neapolis uiæ ad Scythopolim. Alia lectio habet in xvij. lapide.

Eduma 66 25 32 16

Regionis Acrabitenæ in xij. milliario Neapolis cõtra orientẽ.

Michmas 66 6 32 8

Procul ix. m. ab Aelia iuxta Ramah cõtra Bethauen. Et aſcenderunt Peliſtim, & caſtrametati ſunt in Michmas, ad orientẽ Bethauen, populus poſt Saul in Ghilghal. Rurſus. Fuerunt cum Saul duo m. in Michmas, & in monte Bethel.

Magdalſennah 66 15 32 6

Dicta & Magdal, & Semah in vij. milliario Ierichuntis contra ſeptentrionalem plagam in Acrabitena.

Nahalchana uallis in Aulone, dicta arundineti ſuper torrente Cherith.

Amathus, uicus in agro Tyberiadis, ſic dictus, q̄ illhic ſunt aquæ calidæ.

Samaria regia 66 23 32 19

Procul xij. millia à Dothan ad auſtrum, ab Aelia unius diei itinere, aut xl. millia paſſuum. Cincta fuit duplici muro, ambitu lxxx ſtadiorum, hoc eſt x. milliũ paſſuum. Alia lectio, ambitu xx. ſtadiorum, quæ eſt tolerabilior. Intus circũplectens montem circumhabitatum, ab ima ualle ad ſummũ uerticem, domibus priuatorũ inſtar pinus. In ſupino dorſo montis erat ſuperbiſſima regia, cuius columnæ porticuum uiſunt adhuc deiectæ. In ambitu inferiore arce fuerant fora, & perpetuæ porticus, ſed & reliquæ per urbem uiæ habebant porticus pro more Paleſtinæ, urbi ad munitionem, magnificentiam & uoluptatem nihil deerat. Proſpectus ex arce erat uſque ad Iopenſem

portum, Arabiamq́ Petręã. Ager circum irriguus fontibus & omnia proferens ad uictum humanum. Non alia urbs tota Palestina ostentat ruinas æquè memorabiles, uerum, tantum opus hodie cessit olitoribus, adeoq́ in arce ipsa hortẽsium cultura est. Herodes superior eam instaurans dixit Sebasten.

Iazara fons Samariæ.

Bethacad uicus Samarię in campo Esdrelon, Aquila interpretatur, domus curuantium. Symmachus, domus singulorum, quoniam humilis & angustus introitus singulos tãtum & eos submissos admitteret.

Areth fons circa montem Ghilboah, ubi castra fuerunt Gidhon, siquidem Midianitæ in ualle consederant, & cæsi fugam ceperunt per Abel mecholam Iordanem uersus.

Thebbath ciuitas Aulonis propè Abel mecholam circa quã Midianitæ palantes Iordanem transmiserunt.

Bethseca propinqua ipsi Thebbath & Abel mecholah. Et crepidinem Abel mecholah in Thebbath.

Helma locus inter Scythopolim & Bethuliam.

Chelmon locus inter Helma & Bethuliam: ut scribitur in Iehudith: Venerũt ex castris apud Scythopolim per crepidinẽ montis usq́ ad apicem qui respicit super Dothan, à loco qui dicitur Helma & Chelmon.

Esdrelon ciuitas in campo magno Esdrelon sub Dothan.

Esdrelon campus uallis inter montes Ghilboah & Chermon cognomento minorem.

Bethchoron superior 66 32 1/2

Procul m. pass. xxxi. à Cęsarea uiæ ad Eleutheropolim à Diospoli m. pass. xxviij.

Ghebal mons apud Sichimam, propinquus Gherisim monti reliquis Samariæ altior, imminet urbi utroq́ latere. In Gherisim fuit antiquissimum templum Bahal berith. Sequenti tempore quidã sacerdotes seditiosi ædificauerũt eo loco templum emulũ illi Ierosolymitano sub ipsa uictoria Alexandri de Persis ad Amanas pylas. Quod ipsum quoq́ Samaritani sub Antiocho illustri conuerterunt in appellationẽ Iouis Olympij ho

ſpitalis. Hanc loci antiquã religionem mulier Samaritana: de qua apud Ioan. legimus: agnoſcebat, ambigebat tamẽ, quia Iudæi Samaritanis aliam religionẽ, & alium eius ſoluendæ locũ intendebant, & cupiebat longæ inter utranq; gentem contentionis certam ſententiam habere ex Chriſto, quem prophetã agnouerat. Cui Chriſtus. Vos adoratis quod neſcitis.
Selmon mons imminens Sichimis, ſiquidem ciuitas in ualle ſita fuit, & undiq; montes pro muris habuit.
Bethel berith locus idem Bahal berith de quo in Ghebal.
Allon Bachuth, id eſt, Quercus fletus ad radicem montis Bethel eius apud Hai.

Ierichus	66	10	32	1

Procul ab Aelia m. paſſ. xxxiiij. à Iordane partim plus vij. Communis limes tribuum Ephraim & Bin Iamin, ſita in Aulone, in planicie lõga ſtadiis lxx. lata xx. Ager eſt circundatus montibus in theatri formam, uergentibus in conuallem, Iordanem uerſus. Qui ab occidente imminet eſt ſterilis & nudus pars Acrabitenæ, & à Scythopoli deſcendit per m. p. xxviij. ultraq; procedit uſq; ad regionem Sodomæ.
Trax caſtellum Acrabitenæ ſtructum in ingreſſu Ierichũtis.
Tyrus caſtellum Acrabitenæ, ſtructum in ingreſſu Ierichuntis, inter Iudæam & Arabiam, in præruptis rupibus regionis Sebonitidis. Habuit circum in montibus ſpeluncas, receptacula latronum.
Balanus quercus, & Terebinthus in rure ſuburbano urbis Sichar, ſub ea Iahacob defodit idola Rachel, & apud hanc eſt ſepulchrum Ioſeph & fratrum. Dicitur & Mehonenim.
Suchoth, tabernacula Iahacob in agro Sechem.
Gaas mons iuxta Tamnam, in cuius ſeptentrionali latere eſt Iehoſuah ſepultus.
Arima locus agri Sichimorum, ubi Abimelech in inſidiis ſedit, unde erumpens inuaſit urbem ſeditioſam.
Phaſſo uicus grandis inter Samariam & Aeliam.
Ptolemairus uicus in agro Samarienſi.
Sanim in finibus Samariæ in Acrabitena.

Faba caſtellum	66	2́8	32	3́0
Aphec ciuitas	66	2́8	32	3́2

Peliſtim caſtrametati ſunt in Sunem: ſequitur: Et congregauerũt Peleſtim omnia caſtra in Aphec,& Iezrehel caſtrametati ſunt in fonte qui erat in Iezrehel.

Gilim oppidum	66	2́5	32	2́2
Achabi	66	2́3	32	18

Vicus grandis procul ix. m. à Neapoli in Acrabitena, deſcendentibus Ierichuntem.

Aiolim	66	3́9	32	2́9

Iuxta Scythopolim in ſecundo lapide uiæ ad Aeliam. Libro Iudicum dicta Aialon.

Cheres mons in quo eſt ſita Aialon.

Araba	66	3́8	32	2́6

Procul à Scythopol iij. m. paſſ. contra occidentem ſuper lacu Meron.

Aſer	66	3́8	32	2́9

In xv. lapide Neapolis deſcendentibus Scythopolim.

Berothi. Veneruntq; ad ciuitatem Beroth, inquit Ioſephus. Iehoſuah uero ſic habet. Conueneruntq; omnes reges iſti in unum ad aquas Meron.

Bethbarah, de quo in libro Iudicum. Deſcendite in occurſum Midian,& capite eis aquas uſq; in Bethbarah & Iarden. Videtur notare locum Aulonis circa Abel mecholah.

Bethhaſittha, de quo in libro Iudicum. Bethhaſittha in Seredath uſq; ad limitem Abelmecholah ad Serorathah.

Serorathah, loca hæc ſunt Acrabitenæ & Aulonis quaſi contra Iabboc fluuij coniunctionem.

Deierſa uicina aquis Meron ad partem Iſſaſchar tribus.

Ephraim mons ubi eſt Sechem oppidum.

Ephra & Ophra regio Menaſſeh: nimirum Ephraim montium: de qua primo Regũ. Peliſtim autem caſtrametati ſunt in Michmas,& egreſſus eſt uaſtator trib. capitibus. Vnum caput reſpiciebat ad uiam Ophra ad dextram Suhal.

Ghur, cliuus montium Iblaham. Ita quarto Reg. Et fugit rex

Iehudah

Iehudah in Megidda, adeo tres urbes, Izrehel: in qua eſt occiſus Iehoram rex Semrom: & Ibleham, & Megiddo fuerunt ſibi uicinæ.

Hammoreh collis tribus Menaſſeh, ut uidetur Chermon minoris montis, ita in libro Iudicum. Caſtra autem Midian erãt ſibi, Ierubbahal ab aquilone à colle Hammoreh in ualle.

Rooba in iiij. lapide Scythopolis tribus Menaſſeh.

Salumias uicus	66	35	32	25

In campo procul viij. m. à Scythopoli.

Samir in monte Ephraim ad limites tribus Iſaſchar.

Tirſah regia	66	20	32	13
Adarſa ciuitas	65	52	32	2

Procul à Bethchoron inferiori, ſtadiis xxx. Nicanor applicuit caſtra ad Bethchoron, & Iehudah applicuit in Adarſa.

Adaſer oppidum unius diei itinere à Gazera.

Baazor ciuitas Ephraim, in huius agro erant greges & paſcua Abſolonis. Eſt uero in uia à Ierichunte ad Aeliam in uicinia Ephraim oppidi.

Bahal peraſim, locus caſtrorũ Dauid contra Peliſtim caſtrametantes in Rephaim ualle, circa Adarſa.

Bamah, id eſt excelſum, locus tabernaculi in Siloh excelſior ipſa urbe. Dictum & Bamah in Ghibhon.

Bethel, idem excelſum Siloh.

Bochim, locus flentium, uidetur eſſe in Siloh, ubi audierunt uocem angeli exprobrantis, ut in Iudicum.

Gittah uicus inter Antipatridam & Ramah.

Hai limitanea ciuitas inter Ephraim & Bin Iamin iuxta Bethel ſita in monte.

Mons obiectus à ſeptentrionali plaga urbi Hai intercedente ualle, in quo Iehoſuah poſuit caſtra, Ioſephus eã uocat Adan.

Sebarim, locus ab orientali parte Hai. Viri Haim perſequuti ſunt Hebręos coram porta uſq; ad Sebarim in deſcenſu: uidelicet uię ad Ierichuntem.

Sehirah locus montis Ephraim, fit eius mentio libro Iudicũ.

Sihalbim, in monte Cherem tribus Menaſſeh.

g

EPHRAIM, TRIBVS

ET FVIT terminus filiorum Ephraim per familias suas, & fuit terminus eorum ad orientem ad

Hathroth addar	66	16	32	1

Vsq; ad Michmethath ab aquilone. Et circuibit terminus ad orientem ad Ianoah

orientem ad Ianoah	66	28	32	15

Dicta & Ianum uilla in xij. lapide Neapolis ad Acrabitenam. Et descendet à Ianoah in Hatharoth &

Nahorath	66	12	32	5

In v. milliario Ierichuntis ad boreales partes.

Et perueniet in Iericho, & egredietur ad Iarden à Tapuah, à Tapuah perget terminus ad mare ad torrentem arundinis, & erunt exitus eius ad mare.

Extra Iehosuah.

Ephraim tribus, longitudo à Iordane ad Gazaram urbem, latitudo ad campum maximum.

Samaria fuit possessio duarũ tribuum Ephraim & Menasseh, regio inter Galileam & Iudæam sita. Incipiens à uico: cui Genaniæ nomen: desinit ab ortu in Acrabitenam toparchiam. Natura à Iudæa nihil differt, nam ambę montuosæ sunt, & uicissim campestres, agroq; colendo molles, & fœcundæ, nec non arboribus plænæ, pomisq; æq; siluestribus, atq; mansuetis abundantes, proptereaq; nunquam sunt siticulosæ, q imbrium & dulcium aquarum satis habeant, quæ per eas passim scatent, copiaq; læti graminis. Pecora quoq; præter alias terras illic lacte abundãt, quodq; est utriusq; regionis & uirtutis & opulentiæ pręcipuum testimonium uiris frequentes sunt.

BINIAMIN, TRIBVS

ASCENDIT autem sors tribus filiorum Bin Iamin per familias suas, et exiuit terminus sortis eorum inter filios Iehudah, & inter filios Ioseph. Fuitq; eis terminus ad latus aquilonis à

nis à Iarden, & aſcendit terminus ad latus Iericho ab aquilone. Fueruntq́ exitus eius ad deſertum Bethauen. Et tranſiuit inde terminus Luz ad latus Luz ad meridiem, ipſa eſt Bethel. Et deſcendit terminus in Hatheroth Adar, iuxta autem mõtem qui eſt à meridie ipſi Bethchoron inferiori, & deſignatus eſt terminus, & circuiuit ad latus maris: nempe magni, quod ad dextrã habet: ad meridiem à monte qui eſt è regione Bethchoron ad meridiem, fueruntq́ exitus eius ad Chiriathbahal: Ipſa eſt

Chiriath Ieharim.	65	58	31	55

Vrbs filiorum Iehudah. Hoc eſt latus maris, id eſt, hoc eſt latus occidentale ipſius tribus, quo reſpicit magnum mare.

Et latus ad meridiem ab extremo Chiriath Ieharim, & exiuit termins ad mare, hoc eſt, terminus auſtralis lateris ab hoc fine exit ad mare ſalis. Et exiuit à Chiriath Ieharim, ad fontẽ aquæ Nephthoah: Fons eſt breui hoc ſpacio inter Chiriath Ieharim & Ieroſolyma: Et deſcendit terminus ad extremum montis qui eſt è regione uallis Benhinnon, quæ eſt in ualle Rephaim ad aquilonem. Deſcẽdit autem uallis Hinnon ad latus Iebus ad meridiem, & deſcendit ad

Henroghel	66	5	31	5½
Et exiuit ad Henſemes	66	8	31	57
Et exiuit ad Ghelíloth	66	10	31	57
Ad tumulos qui ſunt contra aſcenſum				
Addumim	66	12	31	56
Et deſcendit ad Eben Bohan	66	1½	31	57

Filij Reuben. Et deſcendit in Harabah: planiciem deſertam, infœcundam auctore Ioſepho: Et pertranſiuit terminus ad latus

Bethchoglah	66	13	32	1

Ad aquilonem. Fuerunt exitus termini ad limitem maris ſalis ad aquilonem, ad extremum Iarden ad meridiem. Iſte eſt terminus auſtri, & Iarden terminabit eam ad latus orientis.

Fueruntq́ ciuitates tribui filiorũ Bin Iamin per familias ſuas, Iericho, Bethchoglah.

Vallis Chesis	66	12	31	59
Bethhaharabah	66	13	31	58

Samaraim. Bethel.
Hauuim. Parah.
Hophrah, altera uidetur ab ea quæ in Ephraim fuit Ophrah,
Hahamonai. Hophni.

Gabhah	65	57	31	59

Procul à Ierusalaim l. stadiis uiæ ad Antipatridam, in hac fuit uxor leuitæ uiolata. Fit eius mentio secundo Regum. Et apposuerunt adhuc Pelistim ascendere, & diffuderunt se in ualle Rephaim, Dauid autem eos à tergo inuasit, & percussit Pelistim à Ghebhah usque quo uenias in Ghazer.

Lacus apud Ghabhah, de quo secundo Regum. Venerunt usque ad Gibhah, quæ est contra faciem Giach per uiam deserti Ghibhon. Vetus traductio sic. Et uenerũt usque ad collẽ aquęductus, quæ est ex aduerso uallis itineris deserti in Gabaon.

Gabe Saul, id est uallis Saul, de quo in lacu dictum est.

Graminetum ad occidentales partes Ghibhah, fit eius mentio in libro Iudicum.

Ezel, lapis uiatorius in agro urbis Saul, sub hoc latuit Dauid sub supremo digressu à Iehonatan.

Achanto Canlona, locus iuxta Gabe Saul, facit eius mentionem Iosephus.

Lamathara & Ergab locus agri in quo se exercebat iaculationibus Iehonathas. Fuerit opinor apud lapidem uiatorium

Ghibhon	65	58	31	57

Sita in monte Siloh. Eius facit mentionem Iosephus. Perque Bethchoron profectus Titus in quodam loco: cui est nomen Gabao: castra ponit, distante à Ierusalem stadijs xxx. metropolis & una ciuitatum regalium, à Ghabhah iiij. stadiis uię ad Antipatridam.

Chelchath Hassurim, id est ager fortiũ in Ghibhon, ubi duodeni adolescentes dimicarunt singulari certamine.

Ramah ciuitas	66	5	32	2

Montis Ephraim, ad orientales partes Ghibhon, ciuitas Sau-

lis ad

lis ad ſeptentrionalem partem Bethel procul m.paſſ. xij. à Ieruſalaim.
Beeroth ſub metropoli Ghibhon poſt Ramah ad occaſum.
Miſpeh in monte Ieharim propè Siloh domicilium Semuel.
Chephirah in mōte Ieharim ciuitas ſub metropoli Ghibhon.
Moſah poſt Chephira directa ad Ieruſalaim.
Rechem. Irpeel. Tarelah. Seglah.
Eleph. Iebuzi. Ipſa eſt
Ieruſalaim 66 31 55
Inſtaurata & ampliata per Aelium Adrianū dicta eſt Aelia, diſtat ab Aſcalone xliiij.m. à Cæſarea Paleſtinæ lxxij. ſitus eſt petroſus & bene ſeptus, interius aquis abundās, foſſam habens in lapide exciſam profunditate xl. pedum latitudine ccl. Fuit longè clariſſima urbium orientis, tota condita in ſupino dorſo montis, unde ex urbe patebat proſpectus uſq; Thraconos mōtes, & Arabiā & Aſphaltiten, ambitus fuit v.m.p.
Sion mons intra ambitum urbis eminentior, & urbem ambiens toto latere auſtrali, deſcendens cliuo ad reliquam aream urbis contra Septentrionem, intercedente tamen profunda ualle. Extra abruptus deſinens in uallem Hinnon, etiam ipſe magni ambitus, & magnitudinem urbis præbens. In eo fuerant regiæ, & regum ſepulturæ.
Mello ambitus montis Sion interior, quem reges incluſerant muro.
Ghibhath. Chiriath, uidentur ſitæ poſt Ieruſalaim Henroghel uerſus.

Extra Iehoſuah.

Eius latitudo eſt inter Ieruſalaim & Bethel urbes, longitudo inter Iordanem & Ieharim mōtes, omnium anguſtiſſima, ſed bonitate telluris compenſans breuitatem.
Deſertum aſperum montibus eſt inter Ierichuntem & Ieruſalaim.
Chiriath Ieharim, & Chiriathaim ciuitas ſaltuum uel ſiluarū, & Chiriath Bahal una de urbibus Gabaonitarum, de hac fuit

propheta Zechariah filius Iehoiadah summi sacerdotis, quē obruerunt lapidibus in atrio domus domini.

Ghibhah excelsum urbis Ieharim, ut primo Regum. Et intulerunt archam in domum Aminadab, quæ erat in Ghibhah. Et fuit, à die qua mansit archa in Chiriath Ieharim, multiplicati sunt dies.

Chalcaldema mons admodum sublimis, ferè ambit uallem Benhinnon, & urbem ipsam ab austro. De hoc monte dixit Iehosuah. Et descendet terminus: á Nephthoah fonte: ad extremum montis qui est è regione uallis Benhinnon.

Benhinnon, uallis media inter mõtes Syon & Chalcaldema.

Trax & Taurus, duo castella Acrabitenæ, structa in ingressu Ierichuntis.

Addumim mons, dictus ascensus Rufforum, propter sanguinem, qui illic crebro à latronibus funditur. Est autem portio montium Henghedi. Et eo loci castellum situm & impositum præsidium militum qui auxilium ferrent uiatorib. Huius sanguinarij & cruenti loci dominus in parabola meminit descendentis à Ierusalaim ad Ierichuntem. In huius solitudinis parte sedit Eliiahu propheta, & Elisah construxit cellas prophetis. Manauit institutio, & loci religio ad posteros. Fuitqꝫ desertum hoc usqꝫ ad Henghedi habitatum ab Essenis hominibus incredibilis continentiæ, sub quorum institutis educatus fuit Iohannes Zachariæ, & habitus in Essenis unus prædicatæ sanctitatis, quod inde opinari licet. Non enim ætate illa Anachoritæ sub Iudæis, ita ut postea sub Christianis uulgati erant, neqꝫ temere quodlibet desertum infessum, Neqꝫ Esseni alio deserto habitabãt. Et Iohannes si solitarius extra humanũ cõsortium: quales Onophrios nostri prędicãt: annis priorib. uixisset omnibus ignoratus, ubi tandem ad munus prædicationis repente prodiisset, non receptus esset. Ergo præcesserat genus uitæ publicè probatæ, accesserat testis sanctitatis collegium Essenorum. Fama uitæ eius uulgata erat per eos qui hæc loca adibant. Ab his rebus impetrata authoritas ipsi tanto ante fuerat, quare tota Iudæa ab eo pependit, statim atqꝫ

ad munus prædicationis prodiuit. Baptizauit quoq; iisdem locis uno Iordane transmisso, ut hoc etiam argumentum sit, eum in ipso suæ consuetæ conuersationis limine peregisse functionem. Quin & Christum in huius solitudinis parte fecisse ieiunium dierum xl. hac etiam ætate memorant. Nos & illud addimus, eum usq; in collegium concessisse Essenorum, quid enim istud erat, Hactenus intra limen uenisse, neq; congressum fuisse genti? Q; si ab omni humano conuictu segregatus solus conscius sibi & ieiunij & tentationis uixit, quis rem gestam euulgauit? Christus? qua narrandi occasione oblata? Nam hoc nimis humanum est, & nimis populare, quempiam suas pugnas, & fortiter res gestas narrare, Quo etiam alio ipsius simili exemplo? Christus à tempore ostensionis suæ ad plebem Israel, nihil usquàm gessit extra arbitros, quodq; ignoratum fuisset, nisi ipse uulgasset. Ergo sub conscientia Essenorum uixit, quibus ætate illa nihil innocentius omnium opinione habebatur, neque alij testes æque incorrupti pariter ad plebem, & legis interpretes, & templi præsides, ut euulgarent, Fuisse hominem apud se qui Mosch & Eliiahu exemplum ieiunij in semet præstitisset, habebat hæc prædicatio præcipuum fructum, q; iam inter initia dictorum & factorum Christi, plebs exempli admonita excitaretur, impleretur q; spe, se præcipuum aliquid circa religionem expectare debere ex Christo, quia summorum prophetarum: qui pietatem erga deum & erexissent, & asseruissent: ieiunium præstitisset. Sed nobis ista consyderantibus quispiam reputabit, cibi abstinentiam permanere ad conuictores potuisse, sed tentationis non æque. Qui deniq; hoc requirit, debebit constituere qualis tentatio fuerit, & quo rerum proscœnio. Vnde existimet eam nō potuisse propalari. Aut ubi hic substiterit, relinquet istud nobis. Eiusmodi esse potuisse, qualis uulgari potuerit inter præsentes. Adeoq; in sententia manemus, Christum Essenis, & congressum esse, atque ab his historiam uulgatam, quam euangelij scriptores litteris mandarunt.

Eben Bohan, lapis filij Reuben: in aſcenſu montium Addumim: altare quod ædificarunt tres tribus in Haharabah.
Bethchoglah, locus planctus procul à Iordane duobus m. à Ierichũte tribus, ſuper termino auſtrali tribus Bin Iamin ſic ꝙ locus cedat in tribum Iehudah.
Achor uallis à ſeptentrionali plaga Ierichuntis.
Hai iuxta Bethauen ad orientalem plagam Bethel. Sita in monte. Huic eſt à ſeptentrione obiectus alius mons, in quo Iehoſuah poſuit caſtra intercedente ualle. Ioſephus eam uocat

Adan	66	7′	32	
Aialon oppidum campeſtre	65	56	31	56

Et mons & uallis dicta aquę: inter Ghibhon, & Hazacha: contra orientalem plagam Siloh, procul tribus ab eo millibus paſſuum ad dextram uenientibus ab Arimathea, ſecundo lapide Nicopolis pergentibus Aeliam.

Anathoth	66	1′	31	56

Viculus procul ab Aelia iij. m. patria Ieremiæ prophetæ.

Bachurim caſtellum	66	3′	31	56

In deſerto ad partes boreales oliuarum montis. Vſq; ad eum locum Palthiel ſequutus eſt Michal uxorem reductam ipſi Dauid. Quod ita intelligendum eſt, quoniam maritus ſub imperio Dauid parum ſe tutum arbitratus in patria Gallim oppido, conceſſit trans Iordanem ſub imperium fratris uxoris, unde huic reductæ ad Dauid iter fuit per Bachurim.
Bahalah dicta Chiriath Ieharim.
Bahaltamar locus oppidi Ghibhah ad orientales partes.

Boſes petra	66		31	58

De qua primo Regum, inter tranſitus: id eſt anguſtias montium per quas Iehonathan tentabat tranſire ad præſidium Peliſtim: erat dens petræ in tranſitu hinc, & dens petræ in tranſitu inde, Nomen unius Boſes, & nomen alterius Sennah. Dens unus ſtabat ab aquilone contra Machmas, & alter à meridie Ghebhah.

Sennah rupes opposita rupi Boses.
Bethauen, ideſt domus idoli iuxta Hai & Bethel cõtra Machmas. Tamen hebræi putant eſſe eundem locum Bethel, inquit Hieronymus. Hoc nobis ita fuerit accipiendũ, ꝗ domus conſecrata idolo ſit in attinenti agro Bethel.
Bethauen deſertum inter Iordanem & aſcenſum Addumim.
Bethbeſſis locus in deſerto, fit eius mentio libro primo Maccabæorum.
Collis de, i præſidium Peliſtim inter Elon Tabor, & domum Saul.
Elon tabor, locus uidetur apud Rachel ſepulchrum.
Ephraim ciuitas 66 8′ 32
Dicta & Ephraim in xx. milliario Aeliæ iuxta deſertum. In v. Bethelis, apud hanc Abſolonis pecora tondebantur. Ad hanc Chriſtus ſeceſſit poſt ſuſcitatum Lazarum.
Bahal Aſor oppidum regionis Ephraim.
Ghilghal caſtra 66 12′ 32 1′
Id eſt Libertas, ſecundo milliario Ierichuntis. Oſtenditur nũc locus deſertus: inquit Hieronymus: miro cultu habitus, quoniam tabernaculum Moſeh eo loco fixum fuiſſet per annos plus minus v. procul à Iarden ſtadiis l.
Iucabo uicus 65 57′ 31 59′
Procul à Ieruſalaim ſtadiis xl. contra aquilonem.
Iemini regio de qua primo Regum. Et tranſiuit Saul querens aſinas, per terram Saliſah, & per terram Sahalim, & per terram Iemini in terram Suph. Loca hæc ſunt & ualles in ambitu Ghibhah & Miſpah montis Ieharim.
Mighron locus in extremo Ghibhah contra Michmas, inter eas urbes fuerũt anguſta montium & prærupta Boſes & Sennah.
Rimmon petra 65 58 31 57′
Inter Aeliam & Ierichuntem, debet eſſe ad auſtrales partes urbis Ghibhah, & Bahaltamar caſtrorum Iſrael contra Bin Iamin. Non enim profligatis alio patebat fuga.
Zocheleth rupes apud fontem Roghel.

DAN, TRIBVS

TRIBVI filiorum Dan, per familias suas, fuit terminus hereditatis eorum

Sorhah 65 38 31 52

Quasi x.m.p. procul ab Eleutheropoli ad Nicopolim.

Esthaol 65 36 31 52

In x. milliario Eleuth. in iiij. Iarmuth inter Azotũ & Ascalonẽ

Hirsemes. Sahalabbim

Ahialon præruptũ imminens ciuitati & ualli, super quo orante Iosue sol stetit. Est inter Ghibhon & Machedah.

Ithlah. Elon uidetur altera ab Elon Tabor in Bin Iamin.

Timnatah ciuitas maxima 65 28 32 3

Sita in monte Ephraim contra septentrionalem plagam Liddæ, interq; Aeliam & Diospolim, Inde sub imperio Romano dicta est præfectura Tamnitica.

Ena fons iuxta Tamnam. Eo loco erat positum idolum quod in maxima ueneratione à uicinia habebatur.

Iaar saltus in agro Timnatah, uiæ ad Eleutheropolim. In hoc Simpson oppressit leonem.

Elthecheh. Gibbethon. Bahalath.

Iehud. Beneberach.

Gathrimmon 65 22 31 58

Ciuitas Leuitarum in xij. milliario Diospolis ad Eleuth.

Mehaiarchon, Raccon cum termino contra Iapho.

Extra Ieho uah.

Dan tribus tenebat mare ipsum ab Azoto usq; Doram: locũ conuallis.

Iabnia ciuitas 65 22 32 2

Sored torrentis fontes uidentᵗ concipi in montibus Ieharim, præterfluit uillam Esthaol.

Caphar Sared 65 28 31 55

Ciuitas super torrente, propè Zaream.

Zarea ciuitas 65 51 31 55

Sita in x. quasi milliario Eleutheropolis ad Nicopolim.
Gedor & Gedrus 65 22 31 59
Prægrandis uicus in x. milliario Diospolis ad Eleuth. Videtur esse quę apud historiam Maccab. scribitur Cedro. Et peruenit Cendebeus Iabniam, & cœpit ędificare Cedronem, profecti sunt ad Cendebeum, & dormierunt in Modin, & abierunt in campum, & ecce exercitus obuiam illis, & fluuius torrens erat inter medium ipsorum, & in fugam conuersus est Cendebæus. Ioannes autem insequutus est eos donec uenit Cedronem, & usque ad turres quæ erant in agris Asdod.
Modin oppidum 65 25 32 1
Situm in monte: ut uidetur Bahalah: super torrenti qui apud Secronam effunditur, patria Maccabæorum, ubi est eorum memorabilis sepultura, septem pyramides ex quadrata mole surgentes.

IEHVDAH, TRIBVS

FVITQVE eis terminus meridies ab extremo maris salis, à limite qui respicit ad meridiem, & dictus est habere gradus 65 58 31 28
Et egreditur à meridie ad Akrabbim, id est ascensum scorpionum 65 50 31 33
Et transibit in Sin 65 21 31 26
Hic aquæ ex petra educuntur, & Miriam soror Mosch moritur, Et ascendit à meridie in
Chades barneah 65 22 31 29
Ciuitas deserti Pharan. Et transibit in
Chesron 65 16 31 29
Fons iudicij in regione Chades barneæ, quem Mosch tumultuante populo ex petra eduxit.
Mariboth, fons ipse iudicij, pro quo Aquila transtulit lites, Symachus & Theodocion contradictiones.
Et ascendet in Adar. 65 12 31 32
Et circuibit in

Carcahah	65	6′	31	30′
Et tranſibit in Haſinonah	65	•	31	30′

Ciuitas. Hoc loco fuerunt ſtatiua caſtrorũ Iſrael, quãdo Chenahanæus ab auſtro erupit. Qui ſitus intelligendus eſt, nõ ex loco auſtraliore caſtris, ſed reliqua Chenahança. Fueruntq́ Peliſtim, & quos hi in belli ſocietatem traxerunt. Et egredietur ad torrentem Aegypti Sichor, & erunt egreſſus termini ad occidentem, iſte erit uobis terminus ad meridiem.

Sed cum is limes incidat in montana Sehir poſſeſſionem filiorum Heſau, à qua Iſrael prohibitus fuit. Quomodo nunc limitem accipit in alieno iure? An quia hæc loca incidunt in montana Sehir Arabici lateris. Suntq́ circum hæc quæ Chorma dicuntur, conſecrata deo & humano cultu interdicta. An pauca loca & anguſtus tractus nuncupatus tribui non præiudicauit poſſeſſioni uniuerſæ filiorum Heſau, quomodo in reliquarum tribuum ſortitione, aliæ in aliarum ſortem penetrarunt, & tribus Simhon nihil detraxit tribui Iehudah in qua media habitauit, & poſteritati Heſau reliquum integrũ manſit, ne tota ſedibus pelleretur & excinderetur.

Et terminus ad orientem mare ſalis uſq́ ad extremũ Iarden.

Et terminus anguli aquilonaris à limite maris ab extremo Iarden, aſcendetq́ terminus in Bethchoglah, & tranſibit ab aquilone Bethhaharabah, & aſcendet terminus ad lapidem Bohan filiorum Reuben, aſcendetq́ terminus in •

Debir	66	10′	31	58

A ualle Hachor, & ad aquilonem reſpiciens ad Ghilghal, quę eſt contra aſcenſum Adummim, quæ eſt ab auſtro torrentis: nempe Cherith: Et tranſibit terminus ad aquas Henſemes, & erunt exitus eius ad Henroghel, & aſcendet terminus ad latus Iebuſæi à meridie, ipſa eſt Ieruſalaim, aſcendetq́ terminus ad uerticem montis: nempe Chalcaldemah: qui eſt in conſpectu Gebenhinnon ad occidentem, quæ eſt in extremo uallis Rephaim ad aquilonem: ſiquidem Rephaim uallis ab auſtrali plaga ſeptentrionem uerſus aſcendens excipit Gebenhinnon uallem, & huius finis occidentalis in illam deſinit.

Et deſigna-

Et designabitur terminus à uertice montis : Chalcaldema: ad fontem aquæ Nephthoah. Fons est in coniunctione memoratarum uallium.

Et egredietur ad urbes montis Hebron. Is est ab occidente ipsius Aeliæ, inter Chalcaldema & Ieharim montes, & designabitur terminus ipsi Bahalah quæ est

Chiriath Ieharim.

Et girabit terminus ad Bahalah ad occidentem, ad montem Sehir: nempe ad quem pertingit descendens à memorato fine contra austrum.

Et pertransibit ad latus montis Ieharim ab aquilone quæ

Chesalon est	65	55	32	
Et in Bethsemes descendet	65	55	31	55

In x. milliario Eleutheropolis ad Nicopolim, propè Chiriathieharim ad iiij. m. pass. Ab Eleutheropoli x. Sita in campo maximo, ciuitas sacerdotalis.

Et transiuit Timnah. Et egredietur terminus ad latus Hechron, & pertransibit ad montem Bahalah : qui uidetur esse in situ Modin: Et egredietur ad Iabneel. Eruntq; exitus termini ad mare, & terminus occidentis ad mare magnum.

Et fuerunt urbes ab extremo tribui filiorum Iehudah, ad terminum Edom in meridie

Chabseel	65	26	31	33

Heder. Iaghur. Chinah. Dimonah.

Hadhadah, Chedes Chasoreth, sic dicta inquit Hieronymus, quia plures sunt hoc nomine.

Ithnam. Ziphethelem. Behaloth.

Chasor chadathah. Cherioth.

Chasor	65	28	31	53

Metropolis antiquitus omnium regnorũ Pelistim, in finibus Ascalonis ad orientalem plagã uiæ ad Azotum. Chesron quæ est Chasor. Aman. Sennah. Molodah. Chasarsuhal.

Beersebah	65	13	31	26

Vicus grandis in xx. milliario Chebronis ad austrum, significat puteus iuramenti, q eo loco Abraham & Ischac foedus

cum Abimelech rege Pelistim inierunt. Illic Romani præsidium imposuerant contra excursiones Saracenorum.

Besiothiah. Bahala. Hiim. Hasem.

Eltholad. Chesil. Chormah.

Siclag 65 15 31 37

Hic sedit Dauid annũ & menses iiij. Vetus traductio menses tantum adnumerauit, & reliquit annum.

Magmanah 65 12 31 38

Ad occidentalem plagam Siclag iuxta Gazam.

Sansanah. Lebaoth. Silchim.

Hain in Daromah 65 25 31 39

Procul à Chebrone ix. m.

Rimmon 65 27 31 40

In planicie ciuitates Esthaol. Sarhah. Asnah.

Zanoach. Henghanrlim. Tapuach.

Henam uilla 65 30 31 41

Dicta & Bethenmin in secundo lapide Terebinthi, qr. autem Chebronis contra australem plagam.

Iarmuth 65 37 31 51

Habita antiquitus Emorçi in x. lapide Eleuth. ad Aeliam. Scribitur alio loco, qr. milliario, iuxta uillam Esthaol.

Hadulam suchoh 65 50 31 53

Vicus non paruus in x. milliario Eleuthe. ad ortum.

Hazechah 65 51 31 52

Inter Aeliam & Eleuth. Pelistim castrametati sunt inter Suchoh & Hazechah.

Saharaim. Haditaim. Ghederah.

Ghederothaim 65 52 31 58

Senam. Chadascahi. Migdalgad.

Dilham. Mispeh. Iocteel.

Lachis 65 38 31 49

Antiquitus Emoræorum, in vij. milliario Eleuther. eunti in Daromam. Basachath.

Heghlon 65 50 31 48

Ciuitas Emoræorum in xij. lapide Eleuther. contra ortum.

Tranſiuit Iehoſuah de Lachis in Heghlon.
Chablon. Lachaman. Chitlis.
Ghederoth. Bethdaghon. Nahamah.
Macchedah 65 29 31 52
Procul ab Eleuther. viij. m. contra ſolis ortum, uiæ ad Ghibhon per Ahialon & Hazechah.
Libnah 65 29 31 50
Tranſiuit Iehoſuah de Machedah in Libnah, de Libna in Lachis. Heter. Haſan. Iphthach. Aſnah.
Neſib 65 21 31 28
In viij. milliario Eleut. ad Chebronem.
Chehilah 65 38 31 27
Procul à Chebrone viij. m. ad Eleuth. Dicta & Enehelah. Oſtenditur hoc loco ſepulchrum Chabbacuc prophetæ.
Achzib
Mareſah 65 22 31 52
Ciuitas Edomeæ, ſita in planicie, in ſecundo lapide Eleuther. Eius fit mentio ij. Paralip. Aethyops egreſſus eſt, et uenit uſqꝫ Mareſah. Et egreſſus eſt Aſa contra eum, & diſpoſuerunt bellum in ualle Sephathah iuxta Mareſah.
Hechron 65 20 31 58
Vna ex quinqꝫ metropolibus Peliſtim.
Hazzah metropolis 65 11 31 20
Vna ex quinqꝫ Peliſtim. Græci hanc dixerunt Gazam, ſequẽs ætas dedit nominis rationem, quia Cambiſes ſuſcipiens profectionem contra Aegyptios, hoc loci theſauros: quas Gazas Perſæ dicunt: depoſuiſſet. Atqui Cambiſes Medus fuit, non Perſa, ſed ꝙ fuerit utriqꝫ genti hęc affinitas linguę. Certe Hazzah antiquior eſt annis non minus D ccc. expeditione Cambiſis, adeo ex Hebræa uoce denſæ aſpirationis nomen Gaza tanquàm mitioris ſoni defluxiſſe ad Græcos potius uidetur.
Et in monte. Samir.
Iather 65 36 31 52
Inferioris Daromæ, procul ab Eleuther. iiij. m. uel ut alio loco ſcriptum eſt x. iuxta uillam Eſthaol.

Sochoh Damnah. Chiriath. Sannah, Quæ
Debir 65 3½ 31 ∞⅙

Dicta & Chiriathſepher. Ioſue ſcribit. Inde: nempe à Chebrone: reuerſus in Debir. Id indicat ſitam eſſe ad partes Septentr. Chebronis.

Hannab. Eſthemoh. Hanim. Ghoſan. Cholon. Ghiloh. Arab. Dumah. Eshan. Ianum. Bethapuach. Chumtah. Chiriath arba, Quæ eſt
Chebron 65 33 31 ∞⅘

Sita in monte, ciuitas ſacerdotalis & fugitiuorum, uetuſtior Tani Aegypti annis vij. Metropolis Peliſtim, domicilium gygantum, & prima regia Dauid. Diſtat ab Aelia circiter xij. m. paſs. ad Auſtralem plagam, uiæ quæ relinquit Eleuther, ad dextram, ab Accaron quaſi viij. m.

Ehal uallis. Id eſt uallis Terebinthi, ubi Saul eſt caſtrametatus, contra Peliſtim in Suchoh Hazechah.

Caphar Baruch ſupercilium montis ad Mamre quercum, ad quem locũ Abraham eſt proſequutus angelos eũtes Sedom.

Spelunca duplex in agro Chebronis coram Mamre.

Borhaſira ciſterna in agro Chebronis procul xx. ſtadijs uia ad Ghibhah.

Mãbre locus in agro Chebrõis dictus in quercub. Vetus traductio habet Mamre cõuallis, procul vi. ſtadijs à Chebrone.

Terebinthus arbor in qnercub. Mamre conſcia conditi mundi, durauitq; ad Conſtantini primi imperium, auctor Hieronymus. Culta ſuperſtitioſe à uicinis populis, ex memoria q Abraham ſub eo angelos hoſpitio ſuſceperat. Sihor.
Mahon ciuitas 65 3⅛ 31 ∞½

Et deſertum in campeſtribus ad dextram Ieſimon, pr. R. Vir erat in Mahon, & pecudes eius in Charmel.
Charmel 65 ∞⅙ 31 ∞∞

Vicus & mons in deſerto, in vi. lapide Chebronis contra orientalem plagam. Ad hunc uenit Saul reuerſus ex Hamelec abiens in Ghilghal. Alia lectio habet in x. lapide Chebronis. Ibi poſitũ erat Romanũ pręſidiũ contra Arabes excurrentes.

Ziph

Ziph oppidum & mons 65 38 31 23
Confinis deserto in finib. Eleuther. in vi. milliario Chebro. Ghibhah Chacholah, mons idem Ziph. Pr. R. Ziphei deserunt ipsi Saul Dauid profugum. Nonne Dauid latitat in prę-sidiis nobiscum in silua in colle Chachilah, quę est a dextris Iesimo, id est deserti?
Selah Hammach Lechoth, idem collis Chachilah, sic dictus ex euentu. Et iuit Saul ex latere montis hinc, & Dauid & uiri eius ex latere mõtis inde. Et Dauid festinauit ire à facie Saul. Saul autem & uiri eius circundabant Dauid & uiros eius ut caperent eos. Ideo uocauerunt locum illum Selah Hammach Lechoth, id est, Petram diuisionum.
Iuttah. Izrehel. Iocdehan. Zanoach.
Chan. Ghibhah. Timnah. Chalchul.
Bethsur 65 27 31 28
In x. lapide Aeliæ uia ad Chebronem. Hoc loco Eunuchus Candacis reginæ ẽ baptizatus in agro in fonte perennis aquæ:
Ghedor. Maharath. Bethanoth.
Eltecon ciuitas 65 56 31 29
In montib. in ix. milliario Aelię contra meridionalem plagã.
Rabbah in ambitu Chiriath iеharim.
In deserto à Cherith torrente ad ostia Iarden ciuitates hæ,
Bethhaharabah. Middim. Sechachah.
Nibsan. Ciuitas salis Henghedi.

Extra Iehosuah ciuitates.

Eleutheropolis 65 22 31 53
Procul à Cæsarea Palestinæ lxxvij. m. p. ab Aelia x. ad dextram uiæ ad Chebronẽ, cõtra Bethsuram, procul ab Ascalone xxiiij. à Diospoli xviij. Vnus Antonin. in itinerario facit huius mentionẽ. Hiero. cũ non ex alio loco plures distantias suscipiat, nusꝗ̃ facit situs ipsius mentionẽ. Idem admisit in Legione oppido Galilææ, cũ maxime desideraretur ambarũ situs, & scriptoris studium, sed ut ipse reprehendi ob id propter uenerationẽ non debet, sic probari nõ potest, sunt præterea cen-

tũ loca alia ubi requiritur in alȷs diſtantia, in alȷs inclinatio, in plurib. utrũq;. Vtiq; ſi ſui ſeculi hominib. ſcribebãt is & Euſe. præſentib. neq; toto cõmentario opus fuit, ſi abſentib. autẽ & loco et ætate, ubi Paleſtinę ſitũ manere incolumen per cõmentarium uolebãt, uenire his in memoriam debebat quid ad abſentes ſuſcœpta profeſſio poſtulabat. Diſſimulare nõ poſſum, Magni auctores, & ipſo tempore conſecrati ſi aliis commentationib. tractandis eiuſmodi ſunt, ut plurima quę argumentum poſtulabat reliquerint, & quæ nõ reliquerũt, alia affectib. alia arbitrarȷs allegorȷs, alluſionib. pmiſerũt, abſit increpatio, ꝙ à plęriſq; noſtri ſeculi homi. obſeruãtius q̃ religioſius legãtur.

Medemana, & Menonis dicta, ciuitas iuxta Hazzah.

Tapuah uilla 62 28′ 31 30′

Terminus Paleſtinę ad Aegiptũ, procul xiiij. m. à Rephaim.

Bethdaghon 65 50′ 32 1′

Grandis uicus inter Dioſpolim & Iamniam.

Gabaath uilla 65 38′ 31 26′

Procul ab Eleutheropoli xij. m. Et hic oſtenditur ſepulchrũ Chabbacuc prophetæ. Ea res argumento eſt, ꝙ ſepulchrum fuit in agro communi huic & Chehilæ.

Halul uilla regionis Aeliæ iuxta Chebronem.

Techoa oppidum 66 5′ 31 50′

Procul ab Aelia ix. m. à Bethlechem viij. m. uia ab Aelia ad Heenghedi.

Aia uicus in finib. Maſadæ & Herodȷ.

Bethoanabal 65 26′ 32 3′

Iuxta Dioſpolim ad orientalem plagã, in qr. ſiue ut alȷ in viij. milliario.

Aorabi 66 9′ 32 5′

Vicus grandis, & terminus eius quæ proprie Iudæa dicitur, ad orientalem plagam Acrabitenæ.

Arath 65 25′ 31 37′

Regia ciuitas Emorçorũ, uicina deſerto Cades procul iiij. m. à Malatha xx. à Chebrone. Contra urbis huius regem Iſrael ex Chaſmona pugnauit aduerſo deo.

Arith

Arith locus in Daroma ubi Dauid ſedit in præſidio.
Bethaſam,& Aſam,uicus pertinens ad Aeliam.
Sademoth locus uallis cedrorũ ubi Ioſiiahu rex cõbuſſit idola Aquila interpretatur Suburbana. Dicitur & Aſſeremoth.
Aſtemek in Daroma ad ſeptentrionalem plagã loci Aeum.
Aſphar lacus in agro Techoe.
Baldezel uicus uicinus Aſcaloni uia ad Aeliam.

Barath	65	25	31	37

Locus inter Chebronem & Cades deſertum.
Videntis me, Fons Agar, ſitus inter Barath & Chades.

Bare	66	27	31	57

Vbi Iotham filius Ierubahal habitauit cũ fugeret Abimelech. Diſtat ab Eleuth. viij. m. haud procul à Chiriath Iearim inter Aelia m & Azotum. Dicitur & Bera & Berœa.
Bethſurah præſidium urbis Ieruſalaim impoſitũ clauſtris mõtium ad Rephaim uallem ſuper publica uia, que à Ieruſalaim Gazam ducit, procul v. ſtadijs.
Beſſeron eadem Bethſura dicta Ioſepho.

Beth hacaris	65	52	31	50

Id eſt, domus uinearum, procul x. m. à Bethſur uiæ ad Ieruſa laim. Dicitur & Beduscarit, & Bergazara.
Ber Dan, id eſt puteus iuramenti in regione Geraritica.
Alurus uicus circa confinia Maſadæ caſtelli.
Bethagan uia deſerti à Ieruſalaim ad Ierichuntem. Per eam fu git Sidchiiahu, uolẽs ſcilicet ad Hammonitas penetrare fuga.

Bethania uilla	66		31	52

Ad auſtrum montis oliuarum, procul ab Aelia ij. m. paſs.
Bethphage uilla procul à uia per ſtadium quæ à Bethania ducit Aeliam.
Collis montis oliuarum obiicitur Bethphagæ uillæ, quo minus ex ea ciuitas conſpiciatur, quo ſuperato tota urbs patet. In huius collis deſcenſu Chriſtus deplorauit calamitatem futurã urbis.
Bethcur locus agri Bethſemes in quo eſt lapis adiutorij.

Bethlachem	65	55	31	51

Dicta & Ephrata, procul ab Aelia vi. m. paſſ. uia ad Chebronem, ſita eſt in monte non arduo, neq; largo, inter ortum & occaſum. Cliuum unum habet ab occidente quo in oppidũ itur. Fons ad cliuũ oppidi, de quo ij. R. Vtinam quiſpiam propinaret mihi aquam de ciſterna Bethlechem quæ eſt in porta.
Antrũ ſiue locus natiuitatis Chr. eſt ſub mõte ad partes orientales oppidi, cui eſt adiecta ædes ornatiſ. muſiuo opere, frequẽtiſſ. columnis elaboratis, et pauimento ſtrato uario marmore.
Cœnobium Hieronymi contra boreale latus eccleſiæ.
Archelai ſepulchrum in agro Bethlechem, ad caput ſemitæ diuertentis à uia publica ad Hieronymi cellam.
Paulæ & Euſtochij Cœnobium procul uno ſtadio ab eccleſia contra ortum.
Solitudo uaſtiſſima ſuccedit poſt Bethlechem, ad auſtrũ plæna ſœrotium Barbarorum: inquit Hierony: ad Dardanum.
Ader turris uia ad Bethlachem à Bethſur. Hoc loco angeli nuntiarunt paſtorib. natiuitatem Chriſti. Reuben quoq; uiolauit concubinam patris.
Bethſaliſah 65 5½ 32 2′
Procul à Dioſpoli xv. m. regionis Tamniticæ.
Bezech, ſiue Bezedin, ciuitas Peliſtim.
Bozor torrens ad auſtrales partes Siclagh.
Gabratha ſepulchrũ Rachel uxoris Iahacob procul uno iugero à Bethlechẽ uię ad Bethel. Aquila interpretat̃ iuxta uiam.
Carnea uicus ix. milliario ab Aelia.
Challis ciuitas uicina aſcaloni.
Chamoan uilla iuxta Bethlachem.
Cheni regio Peliſtim: ita habent exemplaria: Sed cũ regi Gethęo roganti, in quã irruiſti hodie? Dauid reſpõderit, Contra meridiem Iudę, & cõtra meridiem Ieramel, & cõtra meridiem Cheni, non fuerit Dauid hoc faſſurus peliſtæo q; in ipſius gentẽ prędas ageret. Eſto, Peliſtim eſſe potuerit priſco tempore, ſed ſub hiſtorię Dauid memoria fuit tribus Iehudah, in ambitu oppidi Henghedi, ubi cognati Iethro Chenęi conſederunt.
Ebezinthia uidetur eſſe locus apud Ethan Saxum, ubi Simſon

ſon demiſſus ad Peliſtæos fuit.
Enadab uilla 65 51 31 52
Quaſi in x. milliario eleuther. uia ad Aeliam.
Eremmon uicus 65 32 31 27
grandis in daroma, procul xvi. m. ab Eleuther. Alia lectio in vi.
Eſchol & Neeſchol torrens in uicinia Chebronis. Eo irrigatur uallis dicta Botri.
Phatura uilla iuxta Eleuther. uiæ ad Gazam.
Phogor, & Phatura uilla non procul à Bethlachem.
Gallim uicus Accaronis, unde dicitur fuiſſe Phalti qui Michol duxerat uxorem poſt fugam Dauid.
Gerara Metropolis 65 27 31 22
Sita ſuper torrente, puto eo qui apud Gazam exit, dicitur & Gurbaal.
Gherat uallis 65 20 31 39
Antiqua traductio legit torrens Geraræ procul xxv. m. ab Eleutheropoli ad meridiem inter Cades & Sur ſolitudines.
Heſech, id eſt calumnia, ſic dictus puteus Iſchac in Geraritico agro.
Rechoboth puteus Iſchac ĩ ualle Gherar dictus latine latitudo
Sibhah id eſt abundantia puteus Iſchac in Gheraris.
Sithnah, id eſt inimicitia dictus puteus Iſchac in Gherar.
Origenes cõtra Celſum teſtatur eos puteos, memorabili opera ſtructos fuiſſe, quod certe ipſa ętas conuincit, quãdo eorum ſtructura perſeuerarit per tot ſecula ad ætatem uſq; Origenis, qui eos uidit.
Getha Imim 65 21 31 28
Geth gigantum, una ex quinq; regijs Peliſtim.
Iedna 65 20 31 51
In vi. lapide Eleuther. pergentib. Chebronem.
Ieruel dicta uallis benedictiõis inter Henghedi & Techoam.
Ieramieli regio ultra Iudæam ad Arabiam.
Lucabas uicus procul ab Aelia xl. ſtadijs.
Luza & Ogyſgi regio Chenahan, nõ procul à Chebrone. Eo

loco Agar eſt locata Abrahæ in concubinam.
Malatha 65 23′ 31 20′
In xx. milliario Eleuther. xvi. Chebronis.
Maſeroth. Aquila interpretatur munitiones. Symmachus refugia. Theoxion ſpeluncas. Hoc loco ſedit Dauid. Eſt nunc deſerta, inquit Hieronymus, quaſi accipiens proprium loci.
Machane Dan 65 53′ 31 52′
Id eſt caſtra Dan. Ecce eſt poſt Chiriath Ieharim, in viij. lapide Eleuther. aſcendentibus Aeliã, dicitur & Bethmahacha.
Nobe 65 25′ 32 3′
Inter Arimatheam & Iopen, ciuitas ſacerdotalis quam Saul euertit.
Petra urbs nobilis 62 50′ 31 26′
Trans Daroma terminus Iudææ ad Aegyptum. Ex ea petra: inquit Strabo: ad petram Arabum negotiatores itinera agũt, ſita uidetur ſuper Sichor fluuio.
Ramah locus inter Techoã & Chebronẽ regionis Bethlechẽ.
Zaphathah uallis haud procul à Mareſah.
Sephala uallis, uidetur quæ Zaphathah iuxta Eleutheropolim inter ſeptentrionem & occidentem.
Rephaim uallis eadem quæ Sephela, forſan latius patens ad auſtrum.
Salem uilla iuxta Aeliam contra ortum.
Saphir uilla montana inter Eleuther. ad Aſcalonem.
Thamara caſtellum procul à Memphi tribus Iehudæ unius diei itinere ad Ailam de Chebrone.
Abel Miſraim, id eſt luctus Aegyptiorũ, ubi Ioſeph ſepeliuit Iahacob patrẽ in agro ſpelunce duplicis apud Chebronẽ. Moſch ſcribit eſſe locũ trans Iordanẽ, uidelicet, reſpiciens ſitũ loci pro poſitione ſua ipſius ſcriptoris qui Chanahaneã non adiuit.
Adiada ciuitas uallis Sephelæ.
Apheh locus caſtrorum Peliſtim apud Bethſemes.
Eben hahezer, id eſt, lapis adiutorij in agro Bethcur.
Sen locus procul à lapide adiutorij uerſus auſtrum, quantum lapis diſtat à Miſpeh.

Aſedoch

Aſedoch locus in uicinia Debir & Chebronis.
Benamerim & Nemrim ad ſeptentrionem Sohar.
Bethaſitum 62 57 31 27
Trans Raphiam, procul xiiij. m. uiæ ad Aegyptum.
Bethennim in ſecundo lapide à Terebintho, qn. ab Accarõ.
Diſtantiæ in nullam partem conueniunt.
Caſphin ciuitas, pontibus & muris munita, habet adiacens ſtagnum duorum ſtadiorum latitudinis. Videtur ix. plus minus ſtadiis diſtare à Iabnia contra orientalem plagam. Fit eius mentio ſecundo Maccabeorum.
Deſſan caſtellum uidetur haud procul diſtare ab Aelia contra aquilonem. Fit eius mentio ſecundo Maccab.
Nicopolis 65 52 31 59
Procul ab Aelia lx. ſtadiis uia ab Iope.
Gazeron 65 21 31 59
Contritæ ſunt gentes ex loco Emmao uſq; Gazeron, & uſq; in campos Edomeæ, & Aſdod, & Iabneh, unius diei itinere ab Adarſa. Et ſecundo Paralip. Et percuſſerunt caſtra Peliſtim à Ghibhon uſq; Ghazerah.
Hanachim gens potentiſſima gigantum, obtinebant Chebronem, & illa loca, extincta autem per Iehoſuah, reſidua manſit in Ghath & Aſdod.
Herodium 66 2 31 50
Caſtellũ procul à Ieroſolymis ſtadiis lxx. à Ierichunte lxxx.
Leneus mons, qui aſcendit in Seir uſq; Bahalghad. Horum pars ſunt quæ dicuntur montana Iudeæ & Ephraim.
Param deſertum in ambitu Mahon & Carmel.
Siphmoth locus ad quem Dauid miſit partem prædæ. Eſt uero in ambitu deſerti quod Dauid ſub exilio habitauit.
Talcha 65 51 31 25
In xvi. milliario Eleuther. contra orientalem plagam.
Thelaim locus ubi Saul populum recenſuit profecturus contra Hamalech.
Daroma ſignificat ad meridiem, uel Eurum.
Nageb uel Amegeb ad auſtrum.

Themah id eſt terra auſtri.

SIMHON TRIBVS.

ELTHOLAD 65 31 31 29

Vicus grandis in xij. milliario Eleutherop. Siclag

Iethira & Iether 65 21 31 20

In interiori Daroma, uicus prægrandis iuxta Malatham in xx. milliario Eleuther.

Extra Iehoſuah.

SIMHON, tribui fuit in hereditate Beerſebah Sebah. Moladah. Chaſarſuhal. Balah Haſem. Eltholad. Bethul. Chormah. Siclag. Bethamerchaboth. Chaſarſuah. Bethlebaoth. Saruchen. Hain. Rimmon. Hether. Haſan. Egreſſa eſt autem ſors ſecunda ipſi Simhon tribui filiorũ Simhon, per familias ſuas, & fuit hereditas eorum in medio hereditatis filiorum Iehudah.

BATHANEA ET Thraconitis

Regio trans Iordanem, plæraq́ꝫ aſpera atqꝫ deſerta eſt, & nutriendis fructibus manſuetis inhabilis. Longitudo eius eſt à Macherũta in Pellam. Latitudo à Philadelphia ad Iordanẽ. Pella quidem ſeptentrionalis eſt tractus, Occiduus Iordanis. Meridianus Moabitis regio. Ab oriente, Arabia & Scœnitis, nec non Philadelphia, itemq́ꝫ Geraphidæ. Quid id nominis, lociq́ꝫ ne, an gentis ſit, an potius lectio apud Ioſephum cor rupta non intelligo. Eius medius tractus: ubi Ghad tribus: Peroea uocatur, quoniam illic ſit tranſitus in Meſopotamiã.
SOPHENE, regio Syriæ ad dextram Damaſci, id eſt, Eufraten uerſus, dicta Hebræis Choba & Soba.
Thalaſſor regio Syriæ.
Gelamſur regio Syriæ.
Gaulonitis regio Syriæ. Eſt autem duplex. Superior, à Libano mõnte

no monte ad lacum Genesar. Inferior, quę per littus lacus descendit usq; Gadaram urbem.

Ciuitates in hac parte sunt.

Aere 68 32 32 52

Procul à Seriana ccxx. m. ad Scythopolim, à Damasco xxxij.

Neue 68 5 32 22

Procul ccl. m. à Seriana, à Damasco lxij. ad Scythopolim.

Capitoliada 67 22 32 36

Procul cclxxxvi. m. à Seriana. xcviij. à Damasco ad Scythopolim.

Philarchæ Arabes: pars Scenitarum ultra Seleucum Apamiæ ad orientem: tenent regionem Parapotamiam.

Ina 69 . 33

Samuli 67 50 32 30

Abida 68 20 32 25

Hippus & Hippodium oppidum super Iabboc fluuio.

Berothai ciuitas Sophenes.

Sabarim inter Damascum & Cæsaream Paneadis.

Philadelphia 67 10 32 22

In x. lapide Iazer urbis, quasi xx. m. à Gadara, dicta in hebręo Rabbath, id est, magna. Et ciuitas aquarum, quod apud eam concipiuntur fontes Iabboc fluuij. Regia Ammanitis. In huius urbis oppugnatione Vrias occisus est, cuius uxorem Dauid domi corruperat.

Pella 67 3 32 20

Super Iabboc fluuio.

Iabboc fluuij cōiunctio cum Iordane cōtra Ennon oppidum.

Dicitur & Hippius & Hieramiace.

Iordanis dictus minor apud Cæsaream influit paludem. Fontes sunt in Bahal Chermon monte, supra Cęsareā Paneadem, sub aureo templo Iouis. Iosephus aperte notat Iordanē ipsum sub eo eius cursu à fontibus Dan ad cōiunctionem Ior fontis, ne decepti descriptione alium Iordanem queramus.

Phiala fons 67 23 33 5

Procul à Cęſarea Paneadis ſtadijs cxx. ſub Libano monte, in Trachonitide rotundi marginis inperſcrutabilis profunditatis. Inde concipiuntur fontes Iordanis, perueniunt autẽ occultis meatibus ad Panium antrum & Dan fontẽ ſupra Cęſareã.

Gaulon	67	2/3	32	5/6

Ab hac fuit regio nomen ſortita Gaulonitis.

Magedon ciuitas ſuper fonte Phiala.

Geraſa, & Gergeſa ſita ſuper monte in uicinia Gadarę, uidetur recœdere in continentem ad montes.

Enganna ciuitas circa Geraſam.

Amathus	66	5/8	32	1/4

Caſtellum omnium maximũ quæ trans Iordanem ſita erant: inquit Ioſephus: & magnum propugnaculum habitantium ſuper Iordane in xxi. milliario Pellæ, uicinum Gadaræ, ubi ſunt aquæ calidæ.

Lacus Gadarenus aquæ peſſimæ: inquit Strabo: qua deguſtata, pecora, ungues, pilos, & cornua amittunt. In hunc duo millia porcorũ agitata demonib. ſunt præcipitata. Quo loco documentum capimus quomodo Deus ſeruire facit ſibi naturã ad mirabilia opera ſua. Ecce, quia ſunt in ſeculi philoſophis, adeoq́ꝫ in Iudæis Sadducæi qui naturam ſpirituum negant, & Maniam quam hi corporib. obſeſſis faciunt, illi corruptis humorib. & uexato inde cerebro totum tribuunt. Chriſtus uolens cõuincere impium errorem: Non enim cuiuſpiam turbatum cerebrum uexabit quemcunqꝫ alium, ex ſeſeq́ꝫ alio commigrabit, & duo millia porcorũ in rabiem aget: tranſmittit lacum Geneſar, & paratum à conditione rerum lacũ inſalubrem querit, & præterea inutilem uſib. humanis, parat quoq́ꝫ hominem ſibi ſæuius conſuetis exemplis obſeſſum, de quo ſentire liceat nobis quod de cæco nato legimus: Neqꝫ hic peccauit, neqꝫ parentes eius, ut dæmonibus obſideretur, ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo: Etiam ne per mundi gregis iniuriam, pluri damno miraculum faceret, ſecedit ex Iudęa, & uenit ad gentium loca, ubi erat pręſentia immundi pecoris, & exhibere miraculum præter magnam proximi iniuriam potuit.

Nam

Nam etiam Gaddareni uiuere ut Iudæi poterant extra usum porcorum. Sed & damnum non late patebat, & istud tolerari præstabat maioris utilitatis causa. His tanquàm instrumentis paratis ædit miraculum profuturum uniuerso generi humano. Siquidem docebat esse naturam spiritalem infestam mortalib. à cuius tyrannide, ut homines liberaret, in hanc uenerat prędicationis dispensationem. Sed quomodo reliqui Geographi huius lacus non meminerunt? Strabo quidem contemperaneus fuit Christo, Plinius aũt & Iosephus annis plus minus lx. posteriores, Ptolemæus cxxx. Eusebius ccc. Hieronymus cccc. Aequum est, sentiamus ex qualitate gestę rei, ꝙ uicinia timore imminentis pestis ex tetro odore tot cadauerum tabescentiũ, etiam horrore & exsecratione lacus in quem tot millia demonum relegata tanꝙ in carcerem fuerãt, lacum impleuerit aggesta terra, & ab aspectu etiam humano damnarit. Et profecto Euangelistæ nusꝙ designãt sub eius historiæ narratione ex nomine lacum Genesar, ut uideamur uim facere historiæ. Matthæus & Marcus scribunt. Ferebatur grex per pręceps in mare. Lucas. Impetu abijt grex per pręceps in stagnum. Quod priores mare, is stagnũ uocat, quo nomine quilibet lacus intelligitur præter contentionem. Facit ad confirmationem ubi intellexerimus salubritatẽ, & quotidianũ usum lacus Genesar, de cuius natura hęc Iosephus, Genesar lacus xl. stadijs in latitudine patens, centumꝗ in longitudine, aquæ est dulcis & potabilis. Latices enim habet tenuiores palustri crassitudine, & undiꝗ in littora & arenas desinens purus est, ac præter hoc temperatus ad hauriendum, & quouis fluuio siue fonte leuior, semper enim frigidior manet, ꝙ diffusio lacus patitur, æstiuisꝗ noctibus eius aquæ sub diuo perflatæ, nequaꝗ solibus cedunt. Talem existentem lacum, atꝗ ita accommodatum humanis usib. noluit Christus insalubrem reddere tot cadauerib. bis immundi gregis, etiam horribilem & infamem aliquot millium dęmonum inhabitatione, cum hæc iniuria nimis ad multos nimis cum magno damno peruenisset, dimidiã Galilęam, & loca usꝗ ad Asphaltiten lacum, quoniam uicium

aquæ in totum Iordanem redundasset. Neq; erat unde quereretur remedium properatum æque pesti futuræ atq; præsenti siti tot locorum: quoniam Iudæis non licebat contingere porcum, q lacum aliqua ratione repurgassent: Et Christus qui in ficere lacum poterat, etiam exhibere miraculum intra Iudęam in aliquo occurrente grege mundi pecoris potuisset.

Gamala 66 55 32 25

Procul vi. m. pass. à Chorazin, ciuitas dicta à figura animalis, procurrit enim rupes: quasi collum ex reliquo monte contra lacum: angusta & prærupta, in qua est oppidum extensum, à tergo habet altius iugum, unde aditus est, & pro arce habetur. Est præcipicijs firmior Iotapata, tamen & ipsa excisa fuit in bello Iudaico.

Cedar ciuitas huius temporis, uidetur esse in situ Gamalæ.

Sotanis ciuitas supra Gamalam ad septentrionem.

Sueta 67 13 32 20

Ciuitas procul xx. m. à Chorazin contra aquilonem Phialam uersus. Apud hanc ætate nostra stato anni tempore aguntur celeberrimæ nundinæ ex tota Syria, Mesopotamia, Arabia, & Aegypto.

Pyramis sepulchralis stat apud Suetam, creditur ab huius ætatis hominibus esse ipsius Iob. Putarim ego esse amici Bildad Suchitis qui his locis imperarit, nã domus Iob: referente Hieronymo: creditur fuisse in Astaroth.

Fuerunt præterea partis eius Syriæ quæ Sophene dicitur, ciuitates lx.

MENASSEH TRIBVS.

ET FVIT terminus eorum à

Machanaim 66 22 32 19

Ita legimus in Genesi. Iahacob: à mõte Ghilhad: abijt in uiam suam, & occurrerunt ei angeli Dei. Et dixit Iahacob quando uidit eos, Castra Dei sunt hæc, & uocauit nomen loci illius Machanaim.

Et omni

Et omni Basan omnis regni Hog, reg's Basan, & omẽs Chauuoth lair quæ sunt in Basan lx. urbes.
Et dimidium Ghilhad: uidelicet quantum eius est supra Iabboc torrentem ad Septentrionem, ubi coniungitur monti Chermon:

Astaroth	67		32	26
Astaroth altera	66	57	32	23

Procul ab Edrehi vi. m. à Bosrah xxv. in regione Hus, cuius & Damasci conditor fuit Hus, unde lxx. interpretes ubi in libro Iob scribitur terra Hus, regionem Ausitidem, quasi Husitidem transtulerunt. Fuit autem domus ipsius Iob, qui genere Syrus non Idumæus fuit: teste Hieronymo: & stirpem duxit à Nahor fratre Abrahæ, habitante in Haram uel Carris. Fuerunt sequenti ætatæ duo castella distantia inter se ix. millib.

Edrehi	66	51	32	21

Extra Iehosuah.

Ghesuri regio Cœlesyriæ trans Iordanem: dicta Ptolemæo Bathanæa: descendens à Libano monte ad Iabboch torrentem, distributa est tribui mediæ Menasseh, sed eius exiguam partem possedit, oppida tantum lx. ex clx. ut apud Iosephum est.
Ar regio Hogh regis Basan usq; ad terminum Ghesuri & Mahachati.
Basan regnum urbium lx. per Chermon montem, terminus à residuo Rephaim: qui habitabat in Astaroth & Edrehi: & in monte Chermon, & in Salchah.

Salchah urbs in Basan	67	36	33	8
Mahachati urbs	67	32	33	6

Iuxta montem Chermon, Regia Aram, id est Syriæ, partis quæ Ghesuri dicitur: Scribitur in exemplaribus Hieronymi Tribus Napthali super Iordane: quod est argumentum situs ipsius ad occidentem.

Argob urbs 67 2' 32 30'
Procul à Gadara xv.m. Et Argob regio.
Chauuoth Iahir, uillæ Iahir lx. in Chermon monte & Ghilhad. Dicitur & Chenath regio.
Iabis Ghilhad 66 55' 32 21'
Procul vi. m. à Pella pergentibus Gadaram. De qua pr. R. Egreſſi à Iabis uiri,& tota nocte iter agentes, uenerũt ad ciuitatem Bethſean.
Zabadæi Arabes puto circa Libanum & tractum Dammeſech, fit horum mentio primo Maccab.
Abilah uinearum 67 32 23'
In xij.milliario Gadaræ, vij. Philadelphiæ.
Arta 66 58' 32 18'
Procul xv.m. à Geraſa.
Chammon ciuitas in Ghilhad monte.
Chun urbs Hadadhezer regis Sobah. Fuit ni fallor ſocer Dauid,ex cuius filia is ſuſcepit Abſalonem.
Ghalhed : id eſt aceruus teſtimonij : monimentum in monte Ghilhad, dictum Ieghar Sahaduta,id eſt tumulus teſtis.
Githaim oppidũ, ad quod fugerunt Beerothitæ interfectores Isboſeth,debuit eſſe externum oppidum extra ſortem Iſrael. Libet ſuſpicari Sophenes regionis.
Hengannim oppidum circa Geraſam.
Tibchath urbs Hadadhezer regis Sophenes.

GHAD TRIBVS.

DEDITQVE Moſeh tribui Ghad filijs Ghad per familias ſuas,& fuit eis terminus
Iahazer 66 39' 32 12'
In x.lapide Philadelphiæ,finis imperij Ammanitis,procul ab Esbuta xv.millib.
Arnonis fontes apud Iahazer. Is per abrupta montiũ decurrens,& per totum deſertum fluens Arabiæ, in ſtagnũ Aſphaltiten erumpit.
Et omnes urbes Ghilhad & dimidium terræ filiorum Ham-

mon uſq; ad
Haroher 66 30 32
Quę eſt contra Rabba. Græci hanc uocant Areopolim, quaſi à Marte ſit deductum nomen. Falſo, nam ab Ar, ſyra uoce, tranſiit in græcam analogiam. Et à
Chesbon 66 32 32 5
Dicta Eſebon & Esbuta, urbs inſignis Arabiæ, in montib. cōtra Ierichuntem procul xx. m. à Iordane uſq; ad
Ramath 66 51 32 20
In xv. m. Philadelphiæ quaſi contra montes Ghilboah.
Miſpeh 66 50 32 20
Locus Ghalhed quo pactum inierunt Laban & Iahacob.
Betonim 66 27 32 10
Et à Mahanaim uſq; ad terminum ipſius
Debir 66 27 32 6
Et in ualle
Betharan 66 30 32 8
Bethnimrah 66 32 32 11
Suchoth uidetur eſſe in loco Penuel, ubi pernoctauit Iahacob nocte ipſa cum turma.
Penuel 66 39 32 18
Super cōiunctione Iabboc torrentis cum Iarden, ubi Iahacob tranſmiſit flumen.
Saphon 66 21 32 15
Ioghbehah 66 35 32 13

Extra Iehoſuah:

Haruboth regionis Hepher iuxta Sochoh.
Apheka terminus Emoræorum ſuper Iordane.
Ephraim ſaltus apud Machanaim, ubi Abſalon fuit ceſus.
Canatha 66 21 32 13
Beaſthra 66 22 32 11
Procul xxiiij. m. ab Edrehi. xxv. ab Aſtharoth tribus Ghad, auctore Hieronymo.
Hatharoth. Hathroth, loca commemorata à Moſeh.

Telemanum Syriæ	66	58	31	6

Media distantia inter Damascum & petram, commemoratur à Plinio.

Medebar	66	37	31	13

Procul xij. m. à Machanaim.

Noba & Nobath & Nabotholia ciuitas iuxta Bosdram.

Nod, id est, exul, profugus. Et egressus est Cain, & habitauit in terra Nod ad orientem Heden. Adeo non est proprium loci, sed quoniam Cain discessit à parentibus, & habitauit quocunque uno separato loco, quæstio est quem fuisse illum existimemus? Considerãdum hic nobis fuerit ex quo loco fugerit, nempe ex eo quo hactenus cum parentibus habitauit. Habitasse hos autem palestinam arbitramur, ubi postea Chebron ædificata fuit, non infirma ducti coniectura rerum, quæ illic sequentib. seculis contigerunt. Hic Abraham & Ischach diutius ut nullo alio loco sunt commorati, quasi diuina ordinatione referrent eodem religionem unde suscepta à rerum conditione fuisset, sed quæ sunt multo constantiora. Hic religio per Mosen restituta sedem habuit, unde eius exemplum manaret in mundum. Christus hic noua Euangelij initia secundus à Moseh constituit. Ab his exemplis sentiendum est propaginem quoque humanæ conditionis & omnis institutionis ad humanum cultum, inde in reliquum terræ ambitum emanasse. Accedunt nobis lxx. interpretes, qui Adam maximum apud Chebronem sepultum tradiderunt, in libro Iehosuah ex sua ipsorum tralatione. Nomen Chebron ante uocabatur Chiriath arba. Adam maximus ibi inter Enakim situs ē. Sed & credi fas est, Abrahæ & Ischach religionem eam: quod illic plurimū morati sunt, & nominatim sepulchrum sibi, suisque statuerunt: inde uenisse, quod eo loco Adam maximum uitam duxisse, & situm esse, uel ab historia, uel à receptione agnouissent. Ab istiusmodi rerum argumentis ducta suspitione arbitramur, Cain ex agro Chebronis fugisse, habitasseque postea ultra Eden, contra Orientalem plagam, loci uidelicet eius unde fugerat. Ne dum Eden lector audit, ridicule suspicetur, Cain longius ad

ad Orientem penetrasse à cantata uulgo paradiso. Quocunq; tandem loco ad orientalem plagam ipsi Eden habitarit. Quo habitauit, eo condidit ciuitatē appellans Hanoch. Hanc Berosus: qualis qualis auctor, certe nobis hac parte bona fide citandus: ędificatam ait in Libano monte. Est autem Libanus in multa iuga & nomina deductus, & alibi Antilibanus, alibi Thraconi, alibi Ghilhad uocatur, alibi Chermon, eodem tractu regionis trans Iordanem, apud auctores nō modo sacros, sed & uti dicunt seculares. Ex ea indicatione asserimus Cain habitasse in Emoræa. Adiuuat cōiectura ducta ab humanis affectibus. Ipsi quidem Cain timendum nihil fuit à sua posteritate, q̄ hæc se reum cœdis postularet. Cum q̄ obstabat naturalis reuerentia in patrem, tum q̄ sibi facile erat, sobolem à teneris imbuere, ut ea probaret quod facinus parens fecisset. Sed à posteritate Seth: quam sub adolescere cernebat: sibi cauēdum existimauit. Hic contra posteritatem diuersæ stypis si remedium quæsiuit muros & uallum, eum quoq; flumen obijcere uoluisse si existimemus nihil uidebimur intulisse contra affectuum humanorum & manifestæ historię fidem. Sedetq; nobis sententia hæc, Cain præsidiū sibi in Emoræa construxisse.

Carmon præsidium non procul ab Ephrone.

Alimis regionis Ghilhad.

Assuri locus uidetur trans Iordanem, ita enim scribitur secundo R. Abner autem regnare fœcit Isboseth super Ghilhad & super Assuri & super Izrehel,

Bithron regio trans Iarden. Abner autem & uiri eius abierūt per campestria, & transierunt Iarden, & perambulauerunt totam Bithron, & uenerunt in castra. Est autem in recta distantia inter Ghibhon tribus Bin iamin & Socho.

Barasa ciuitas Ghilhad.

Baschama de quo primo Macchab. Triphon uenit in Ghilhadidim, & cum appropinquasset Baschamam, occidit Ionathan, & filios eius.

Bean gens trans Iordanem. Debellabat Iehudah eos qui erant in Arabathane, & recordatus est maliciam filiorum Bean, &

transsiuit ad filios Ammon, & cœpit Ghezer ciuitatem.
Arabathane, dicta uidetur Iosepho Arabata.
Beser desertum Ghilhadidis in uia à Iarden ad Datheman munitionem.
Datheman munitio in Ghilhad Iudæorum: uidetur uicina Mispeh: ut legitur in Maccab. Et conuertit Iehudah à munitione Datheman in Mispah.
Casphor ciuitas Ghilhad.
Lodabar oppidum Ghilhad montis, in ambitu ut uidetur.

Machane	66	38	32	10

In Arnone procul à Medebar xij. m. pass. Fit eius mentio secundo Regum.
Magedh oppidum Ghilhad, primo Maccab. Inde à Mispah perrexit Iehudah, & cepit
Chasbon, & Magedh & Beser.
Chasbon uidetur uicina ipsi Magedh & Mispah, nisi sit Chesbon.
Lacus in agro Chasbon.

Minnith	66	36	32	6

In iiij. lapide Chesbon, uiæ ad Philadelphiam.

Nobach	66	38	32	16

Eius fit mentio libro Iudicum. Et ascendit Ghidhon à Penuel per uiam habitantium in tabernaculis ab oriẽte ipsius Nobach & Iobehah, & percussit castra Zebath, & Salmunnah.
Raphon locus trans torrentem: quod puto Iabboc: Fit huius mentio primo Maccab.
Roghelim oppidũ Ghilhad, uidet̃ esse in uicinia Machanaim
Sochoh mõtis Ghilhad in uicinia Penuel in uia fugę Midian, munitissima: inquit Iosephus: & optima ciuitas.
Thob de q̃ in lib. Iudic. Fugitq; Iphtach à facie fratrũ suorũ, et mansit in terra Tob. Putandũ est q̃ sit in Ghad tribu, nõ eñ uoluerit fugere ad alienigenas ad Ammonitas, uel Ghesuri.
Sibmah uitifer locus in uicinia Iahazer. Iesahiahu. Plorabit in fletu Iahazer, in fletu uitis Sibmah: inebriabo te lachrima mea Chesbon & Elhaleh.

Reuben

REVBEN TRIBVS.

FVIT EIS Terminus ab Haroher quæ eſt iuxta ripam torrentis Arnon, & ciuitas quæ eſt in medio uallis & omnis planicies.

Medbah urbs	66	31′	32	3′

Arabum Nabathæorum, ſita iuxta Chesbon.

Chesbon, & omnes urbes eius quæ erant in planicie.

Dibon	66	33′	32	6′

Commemorata à Moſeh, & in Ghad tribu, unde intelligitur eſſe limitanea ciuitas.

Bamoth Bahal montis Nebo. Ita Moſeh libro Numer. De Bamoth in uallem, quæ eſt in agro Moab in uertice collis, & reſpicit contra faciem Ieſimon.

Beth Bahalmehon	66	28′	32	1′
Iahaſah ciuitas	66	28′	32	2′

Hoc loco Sichon rex Emoræus cæſus fuit, inter Medbah & Deblatai. Querimus locum pugnæ capacem tantorum exercituum, uidetur enim Emoræus non permiſiſſe ipſi Iſrael q̃ ſeſe in uallem explicaret.

Chedemoth urbs & ſolitudo extra mõtes Emoreę & torrentẽ Arnonem, unde Moſeh nũcios miſit pacis ad Sichon regem Chesbon.

Mephahath	66	28′	31	59′
Chiriathaim	66	26′	32	

Sita uidetur in planicie in x. milliario Medbah contra occidentalem plagam.

Sibmah. Sereth. Dici uidetur & Saorth, ſita ut puto ſuper Iordane.

Sahar in monte uallis.

Beth Pehor, & Bahal Pehor in ſupercilio libyadis.

Aſdoth Piſghah	66	26′	32	1′

In ambitu Nebo mõtis, uertex dictus agri ſpecula. Ita in Deuter. Aſcende uerticem collis Piſghah, & leua oculos tuos. Idipſum ſcribitur de Nebo quod eſt proprium montis, Piſghah autem ab euentu.

Piſghah ciuitas ſubiecta monti.
Bethhaieſimoth 66 22′ 32 2′

Extra Iehoſuah.

ABELAH Sitthim 66 22′ 32 1′
Caſtrametati ſunt iuxta Iarden à Bethhaieſimoth ad Abelah Abelah Sitthim in campeſtrib. Moab. Ciuitas eſt & palmetum: inquit Ioſephus: contra Ierichuntem, procul à Iordane ſtadiis lx.
Elhaleh 66 30′ 32 3′
Procul à Chesbon uno miliario.
Nebo mons 66 28′ 32
Contra Ierichuntem in vi. milliario Chesbon. In eo mortuus eſt Moſeh, & in ſubiacente ualle ſepultus.
Habarim mons 66 29′ 31 58′
Pars borealior excelſa, deſinens ex aduerſo Ierichuntis.
Quicunq; montes per Moab & Reuben tribum memorantur ſunt iuga montium Habarim.
Mennith commemoratum etiam in Ghad, de quo in libro Iudicum, & in propheta Iechezchel. Iehudah & terra Iſrael ipſi inſtitores tui cum frumentis terræ Minnith.
Boſor 66 22′ 32 1′
Sita contra Ierichuntem.
Macherus 66 23′ 31 56′
Caſtellum & oppidum Herodis, in confinio Petræi regis ſuper mari Aſphaltite ſecunda quondam arx: inquit Plinius: Iudææ à Ieruſalem. Caſtellum ipſum ſitum fuit in colle ſaxoſo, ſurgente in proceram altitudinem, qui nec adiri poteſt, nam uallibus circundatus eſt omni ex parte, quarum profunditatem quis comprehendere uiſu nequeat. Vallis que ad occidentem ſita eſt patet ſtadiis lx. ab Aſphaltite, cui Macherus imminet ex altiſſimo uertice. A ſeptentrione & meridie ualles ſunt anguſtæ & inextricabiles. Ab oriente habet aſcenſum xxx. paſſ. ſecundum directam altitudinem.
Ioannes Baptiſta: referente Ipſepho: tentus in hoc caſtello & cæſus

cæsus fuit. Nos Herodem hũc nouimus tetrarcham fuiſſe Galileæ: auctore Luca: ergo is quomodo toti Trachonitidi regioni: ampliori ſorte tetrachæ: imperarit, ut potuerit Ioãnem habere captiuũ in Macherunte? Credibile fit Ioſephum in hoc, ut multis aliis locis, lapſum eſſe. Nã et in præſenti hiſtoria, ubi fidem narrationis ad Lucam: qui nobis multis Ioſephis iuratior ſcriptor eſt: referimus, Herodias cuius uxor, & Ioannes cuius rei cauſa tentus et occiſus fuerit, aut ignorat, aut diſſimulat. Babras dicta uallis ſeptentrionalis Macheruntis, in qua radix naſcitur, æcq; magica atq; fabuloſa, dicta Babras, quã Ioſephus prolixa hiſtoria deſcribit, libro ultimo de bello Iudaico, nõ ſine ſuſpitione inſectationis miraculorum Chriſti.

Callirhoe fonus & oppidum 66 2/2 31 5/5

Spelunca eſt in ualle Babras non alte profunda, intecta imminente rupe. Super ea duæ uelut mammæ paulum inter ſe extuberant, altera frigidiſſimum fontem, altera calidiſſimum fundit, qui in riuum unum confluentes lauachrum temperatum effitiunt multis uitiis ſalutare. Erumpit in Aſphaltiten lacum. Laſa oppidum ipſum Callirhoe.

Effuſiones aquarum, id eſt oſtia fluminũ Iordanis & Arnonis in Aſphaltiten lacũ, finis auſtralis tribus Reuben. Ita in Deuter. Terminum à Chinereth uſq; ad mare planiciei, mare ſalis ſub effuſionib. aquarum collis ad orientem.

Damnaba 66 2/9 32 1/

In viij. milliario Areopolis pergentib. Arnonem. Aliud cõmentarium, Super monte Pehor in vij. lapide Chesbon.

Sittim campeſtria iuxta montem Pehor, ubi populus eſt fornicatus cum mulierib. Moabitis.

Arnonim uia in ualle Moab qua decurrit Arnon fluuius. In ea, & uicinis locis militum Romanorum prẹſidia omni ex parte diſtributa erant, plæna alioqui erat ſanguinis & formidinis. Arnon rupes inter Moab & Amoræum.

Haroher regio Arnonis. Ieſahiahu. Derelictæ ciuitates Haroher gregibus erunt.

Eleon, oppidum Moab circa Abilam in Sittim, contra Ior-

danis ostia. Fit eius mentio in historia Iehudith. Predauitq; omnes filios Tharsis, & filios Israel, qui erant contra faciem deserti, & ad austrum terræ Heleon, id est, Oliuarum. Dicit autem, tribus quæ extra Iordanem erant, prædatas esse.

Libyas	66	23	31	59

Quasi contra Ierichuntetem, ad, ascensum montium.

Zoab ciuitas Emoræ sita in Arnone ualle.

Sebonitis regio trans Iordanē, ut uidet, circa Macherūtem.

Bethhaharabah, desertum Reuben, ubi Ioannes baptizabat, & quò Christus concesserat à cæco illuminato Ierosolymis.

Disme Moab, id est, ad occidentem Moab, iuxtà Iordanem, contra Ierichuntem.

Iannah, ciuitas in campo Moab, sub uertice Pisghah, respiciens desertum Arnonis.

Lobon, locus solitudinis in deserto, trans Iordanem, ubi Moseh Deuteronomium scripsit.

Nabathæi Arabes, & Nabath ciuitas in ambitu Chesbon, Maccab. pr. Iehudah transiuit Iarden, & abiit uiam trium dierum in desertum & occurrunt Nabathæi. Strabo alios Nabathæos ponit in Arabia fœlice.

Tubianæi Arabes idem Nabathæi.

Nimrim, terræ Moab. Iesahiahu, Aquæ Nimrim in desolatione erunt iuxta torrentem Salicum. Puto eandem esse quæ in Deuter. scribitur, Nimrah ciuitas regionis trans Iarden.

Ferreus mons pars Thraconorū, post Ghilhad montem, pertingens ad Moab.

Tarach locus, qui secundo Maccab. memoratur in Tubianæis arabibus.


Ciuitates autem sacerdotales & Leuiticæ,
ex xij. Tribub. separatæ, hæ sunt.

ET FVIT filiis Aharon de familiis Chohath, de filiis Leui: Eis enim erat sors prima: dederūtq; eis Chiriatharbah patris Hanoch, ipsa est Chebron, in mōte Iehudah, & suburbana eius, Ciuitatem refugij.

Libnah.

Líbnah, Iathir, Eſthemoah, Cholon,
Debir, Hain, Iuttah, Bethſemes,
De tribu Bin iamin, Ghíbhon, Ghebah,
Hanathoth, Halmon. Omnes ciuitates filíorum Aharon Sacerdotum xiij. ciuitates & ſuburbana earum.
Famíliis uero filiorũ Chehath Leuitarum,qui reſidui erant de filiis Chehath fuerũt ciuitates ſortis eorum de tribu Ephraim.
Sechem ciuitas refugij homicidæ,& Ghezer.
Chibſaim. Bethchoron.
De tribu uero Dan, Eltheche, Ghibbeton,
Aialon, Ghathrimmon.
De dimidia tribu Menaſſeh, Tahanah.
Ghathrimmon omnes ciuitates x. & ſuburbana.
Filiis Gherſon de familiis Leuitarum de dimidia tribu Menaſſeh ciuitates refugij homicidæ Gholan,
Heſtherah, ciuitates duæ.
De tribu Iſaſchar, Chiſion, Pahrath.
Iarmuth, Hengannim, ciuitates quatuor.
De tribu Aſer, Miſal, Habdon. Chelcath, Rechob, ciuitates quatuor.
De tribu Naphthali, ciuitates, Refugij homicidæ Chedes in Ghalil. Chamath, Dor.
Charthan, Omnes ciuitates Gherſum per familias ſuas xiij. ciuitates.
Familiis autem filiorum Merari Leuitarum reſiduorum.
De tribu Zebulun, Iocnehan, Cartah.
Dimnah, Nahalal, ciuitates quatuor.
De tribu uero Reuben, Beſer, Iahaſah,
Chedemoth, Mephahath.
Et de tribu Ghad,ciuitates. Refugij homicidæ Ramoth in Ghilhad. Machanaim, Chesbon.
Iahazer, ciuitates xij.
Omnes ciuitates Leuitarum in medio poſſeſſionis filiorum Iſrael, ciuitates xlviij. & ſuburbana earum.

I N T R I B V B V S ordinem per Cōmentarium ſeruauimus ita, ut ſeptentrionaliores auſtraliorib. & occidentaliores orientaliorib. priori loco abſolueremus. In ſingularium uero locorum cōmemoratione eum ordinem non uſq; quaq; ſeruauimus, quoniam ad maiorem occupationem noſtram q̃ lectoris uſum ſpectabat. Quoniamq; ipſa tabula æq; ſuum locorū ordinem ſeruat, preter ſitus eorum turbationem Hieronymus & Ioſephus longitudinē Iudææ à Dan fonte ad Beerſabah, & particularium locorum diſtantias acceperunt deſcendentem à borea in auſtrum, ſecundum ſitum meridiani, Dan B. Sed cum neceſſitas poſtularit, eam aptari ſecundum obliquum ſitum littoris magni maris, inter Aegiptū & Syriam, ſecundum rectam Dan C. B. oportuit in ſuſcipiendis diſtantiis adiicere his repertis apud auctores partim minus tertiā partem, ſecundum ratā proportionem duarū linearum. Cuius clarum exemplum lector deprehendet in ductu Iordanis & poſitione duorum lacuum Samachonitis & Geneſar. Hoc admonitos lectores uolui, ne hi fidem dimenſionum ex nobis requirant, ubi in tabula repererint loca diſtantiora menſura itinerum per commentarium annotata.



Marmarica

M A R

M A

R I

C A

MARMARICA ET AEGYPTVS.

MARMARICA, AETATE HAC appellatur Barcha.

Horum memoriam facit Vergilius amplius ccc. annis antiquiorem urbe Roma condita, sic enim inducit loquentem Annam sororem Didonis. Lateq́ꝫ furentes Barcęi. Attingit Alexandriam ab oriente, Mesratam uel Cyrenensem ab occidente. Longa per m. pass. m ccc. Regio est aspera, deserta, aquarum inops. Accolæ feri, & qui filios uendunt in pretium frumenti. Hospites quoq́ꝫ, si quos ceperint errore ad littora accedentes. Frumentum ex Creta & Sicilia aduehitur. Mercatores priusq́ꝫ ad commertia ueniũt, accipiunt à gente obsides in naues.

AEGYPTVS, in hebræo dicta Misraim. Aegyptij, sicuti locis noti orbis celebribus habitantes, ciuilem & mitem uitam degunt: inquit Strabo: Vnde ordo eorum ciuilis memoratur, & probatur, uidenẽ enim recte uti regionis ubertate, & bene cultam, & diuisam habere. Nam rege constituto, plebem trifariã diuiserunt, & alios quidẽ milites, alios agricolas, alios sacerdotes uocauerunt. Regio quidem in præfecturas treis summas diuisa fuit, Thebaicam. Inferiorem, & Mediam. Inferior fuit quæ in Delta sita est in insulæ formam, & hæ in alias minores, quæ præfecturæ & Nomi dicuntur. Thebaica in decem, Inferior in totidem, Media in xvi. Quatuor aut

quinq; mensib. á statione messem colligũt. Thebaica & Media: quæ ab Aethyopibus montibus perueniunt ad Delta magnum apud Memphim: uocatur Aegyptus superior, totaq; inter montes comprehenditur qui Nilum utraq; ripa includunt. Distantq; perpetuo tractu quasi ccc. stadiis, siue mil, pass. xx ij. Inferior: latere quod est super mari inter Canopicũ & Pelusiacum ostiũ: tenet Strab. auctore: iij m. ccc. stadia. Plinio m.p.clxx. quæ mensura propemodum cõuenit Pto. & Antonino. Srabonis uastior est plus M. D ccc. sta. quod haud dubie est tribuendũ errori exemplariũ. Distantia ab unitate aluei ad Canopicum ostium est cxlvi m. Ad Pelusiacum cclvi m. p. Aegyptij antiqui ceruisia utebãtur: auctor Diodorus: quamuis culturam uinearũ affatim haberent, tam est antiquum & late patens genus hoc potionis. Romani prouinciam hãc sub imperio continebant trib. legionib: tanta erat potẽtia Aegypti, & tam habebant ingenia seditiosa: Patrum et nostra memoria, sub seruis Cierchasiis: qui Mameluchi dicti sunt: & horum rege Sultano multum abiectius habiti, ad plænam seruitutem redacti fuerunt.

Terminatur à septentrione Aegyptio pelago, iuxta littoris descriptionem hanc, Marmaricæ præfecturæ.

Axilis uilla. Xylis.	51	20	31	15
Cheronnesus magna	52		31	20
Procul ab Apollonia mille pass. lxxxviij.				
Phthia portus. Plinus Straboni	52	10	31	15
Paliurus uicus	52	15	31	15
Batrachus portus, dictus Menelaus	52	30	31	15
Petræ paruæ portus	52	25	31	15
Antipyrgos	53	20	31	15
Tetrapyrgia Straboni.				
Scythranius portus	53	30	31	10
Catæonium promontorium	53	25	31	15
Ardanis statio	52		31	10
Promontorium Ardanaxes.				
Petræ magnæ	52	10	31	10

Portus contra Cheronessum Cretę iiij m. stad. traiectu.

Libyæ Nomi littus.

Panormus portus	52	20	31	10
Catabathmos magnus	52	30	31	15

Procul ab Appollonia ij m. stad. Eo loco est mare seuum, & uallis repente dehiscens, procul à Cheronneso m. pa. ccxvi. á Syrti parua x. lx. m.

Tyndarij scopuli	52	50	31	30

Quatuor paruæ insulæ quæ portũ habent inter Aenesisphyrã & Panormum

Aenesisphyra portus	55		31	30
Zigris uilla	55	20	31	10
Chettæa uilla	55	20	31	10
Zagilis uilla	55	50	31	
Selinus portus	56		31	5
Trisarchi uilla	56	20	31	5
Apis locus	56	20	31	5

Procul à Catabathmo m. p. xxiiij. Nobilis regione. Plinius eum ponere uidetur intra Continentem.

Paretonium	57		31	5

Procul ab Apide: inquit Plinius: m, pass. lxij. à Catabathmo lxxxvi. siue ut Stra. sta. D cccc. recta nauigatione. Est autem ciuitas & portus ingens xl. fere sta. Hanc alij Hammoniam.

Pythis promont.	57	10	31	10
Vetulæ genu portus	57	20	31	5
Caly promont.	57	3	31	5
Zygis portus	57	20	31	5
Leucogeum	57	50	31	10
Hermæa	58		31	15
Phœnicus portus	58	20	31	10
Antiphræ	58	20	31	5

Antiphræ: inquit Strabo: nõ procul à mari. Tota hæc regio nequaquam uini ferax est, cum Caramus potius mare accipiat q̃ uinum quod Lybicum appellant, quo plærique Alexandrię

ad pondus

ad pondus utuntur, unde plurimum Antyphræ carpuntur.

Derris promont. & portus	58	50	31	10
Pnigeus uicus	58	55	31	10

Sic appellatus propter proximam petram persimilem collo. Ptolomæus hunc longe intra continentem locauit.

Leucaspis portus	59		31	5
Glaucum promont.	59	10	31	10

Hunc etiam locũ Ptolemæus longe intra continentem ponit. Mareotis Libiæ regio plurimum accedit Cyrene, & austrum uersus ad Ammonem, à maioris Syrtis recessu, itinere quatuor dierum ociosa profectione, contra ortus hiemales.

Eius littora sic se habent,

Chime uilla, Cynossema,	59	30	31	5
Littus petrosum	59	35	31	5

Hoc quouis anni tempore: inquit Strabo: multam iuuẽtutem habet festis indulgentem.

Plinthina	59	45	31	
Niciæ uicus	59	50	31	
Cheronnesus portus	60		31	5

Castellum Alexandrinorum, procul à Necropoli suburbio, stadiis lxx.

Bosire ciuitas	60	20	31

Aetate hac procul ab Alexandria m. pass. x. Habet fortiss. mœnia, & pulcherrimas domos. Regio circũ est Dactilifera.

Alexandria	60	30	31

Totius Aegypti metropolis, procul à Paretonio m. pass. c. Hac etiam ætate grandis ciuitas. Ruinæ uisuntur pulcherrimorum ædifitiorum, publicorum & priuatorũ. Portæ urbis sunt quatuor. Vna contra Nilum, dicta antiquitus Canopica. Altera ad meridiem, & lacum Buheira. Tertia cõtra occidentem & Barcha desertum. Quarta Marina. De huius toto situ est nobis singularis cõmentarius in libro Corographicorum.

Nicopolis	60	35	31

Procul ab Alexandria xxx. stadiis. Habitatio urbe non minor: inquit Strabo: Is locus ab Octauiano Augusto summe

cultus fuit. Quia hic prelio ſuperauerat eos qui cum Antonio apud Actium Epyri uicto exierant urbe, prohibituri eum ab Aegypto. Sed ipſe facto impetu Alexandriam cœpit, & Antonium coægit ut is manum ſibi inferret.

Zephyrium promont. 60 20' 31

Habuit Veneris Arſinoes ſacellum.

Thora urbs antiqua ad Zephyrium Troianis temporib. cuius rex Thora Menelaum hoſpitio excæpit.

Heracleum oppidum, quod Herculis templum habuit.

Canopus ciuitas 60 25' 31 5'

Procul ab Alexandria ſtadiis cxx.

Bochir, hac ætate in loco Canopi, antiqua ciuitas ſuper mari, procul ab Alexandria viii m. paſſ. Petrus martir ſtatuit hoc loco Roxetum, tolerabili quidem errore.

Serapidis templum apud Canopum fuit, cultu & religione excellens.

Canopicum oſtium Nili 60 50' 31 5'

Heracleoticum.

Chercu 60 55' 31

Hieropolis 61 20' 31 5'

Bolbitinum oſtium 61 30' 31 5'

Bolbiticum.

Agni cornu promont. 61 35' 31 5'

Perſei ſpecula ad Agni cornu.

Mileſiorum murus ad Agni cornu. Nam Mileſij per Ciaraxis regis Medorum tempora nauib. xxx. contra Pſammiticū regem nauigantes, in Bolbiticum oſtium deuenerunt. Poſtea in continentem egreſſi, eum murum condiderunt.

Lichinus locus ad Agni cornu.

Sebenniticum oſtium 61 25' 31 5'

Andrus ſuper Sebennitico oſtio.

Tineptimi pſeudoſtomum 61 50' 31 5'

Taſa ſuper Tineptimi oſtio.

Diolcos pſeudoſtomum 62 10' 31 10'

Hæcdu o oſtia habent ingreſſum non ferentes magna nauigia

Propterea

propterea quod breuia, & paludes loca obtineant.
Cynos, locus super Diolco ostio.

Pathmiticum ostium	62	30	31	10

Phathnicum dictum Straboni, & proximum Sebennitico cō memoratum, magnitudine tertium ab extremis, quibus delta includitur. Nam, nec procul à uertice interius scinditur.

Thumnis	62	35	31	10
Mendesium ostium	62	25	31	10

Mendetis oppidum præcipuum, proximum mari

Taniticum ostium	62	50	31	15

Tanis super Tanitico ostio ciuitas..

Heracleum	63	5	31	15
Pelusiacum ostium	63	15	31	15

Hinc ad Ioppen sunt x m.ccc. stadia.
Arabia Scœnitis à Pelusio incipit.
Lacus & paludes maximæ sunt inter ostia Taniticum & Pelusiacum.
Vici frequentes sunt in ijsdem paludibus.

Pelusium ciuitas	63	25	31	20

Ambitu xx. stadiorum. Hoc tempore dici uidetur Damiata.
Barathra & loca Cœnosa sunt iuxtà mare & Pelusium, per stadia amplius xx. Nanque Sirbonidem lacum in arcto contractum, cumuli arenæ circumstant, qui motis uentis agitati, in aquam deferuntur, densè adeò, ut firma tellus uideatur, quò fit ut plures ignorata loci natura, uadum tenentes, absorpti cum exercitu sint, auctor Diodorus Siculus. Nam arenā: quæ eminus firma uidetur: ingressi labuntur longius, neque deinde raptis gurgite facultas emergendi datur, sed absorbentur in profundum ab arena, aqua circumfusa.
Vorago hæc pertingit ad Casium usque montem, habétque Aegyptus ab ea parte difficilem aditum. Hanc naturam loci expressit Propheta Iechezchel, dicens, Sin, id est, Pelusium, robur Aegypti.
Via pub. à Pelusio ad sinum Arabicū est arenosa, & multitudine serpentum infesta, ubi semita nō reperit̄, nisi calami defixi

regnant, uento subinde uestigia confundente. Faciunt uero itinera Camelis, multumq́ꝫ frequentatur.

Penthascœnum 63 20 31 10

CASSIOTIDIS

Sirbonis lacus eruptio 63 25 31 15

Videtur margine suo boreali extendi toto spatio inter Pelusium & Casium montem.

Gerenorium 63 50 31 15

Gerra & Gerrum.

Via publica à Gerenorio ad mare rubrum apud Heroepolim breuior est lx. m. pass. illa à Pelusio, uerum est aspera monitibus, & aquarum inops.

Scregma Strobonidis portus 63 55 31 15

Chabriæ uallum, & Capriæ castra apud Scregma.

Casius mons 62 31 20

Apud Scregma situs procul ab Ostracina urbe m. pass. xxvi. auctore Antonino. Mons est arenis accumulatus in promontorij formam. Aquarum inops.

Iouis Casij templum propinquum monti.

G N Pompeij sepulchrum ad Casij Iouis templum, qui haud procul inde nauigans occisus fuit.

Via publica à Casio monte ad sinum Arabicum est ccm. pa. usq́ꝫ ad Arsinoen urbem.

Autæi Arabes circumhabitant has uias, dicti in diuinis litteris Amalechitæ qui inde tamen extenduntur per sinum Arabicũ longissime contra Persicum sinum.

Ostracina 62 15 31 35

Dicta Hebræis Asedech procul à Pelusio m. pass. lxiij.

A Pelusio usq́ꝫ Ostracinam nõ idem est ordo locorũ, nec eadem memoria seruata. Nos Antoninũ secuti sumus, qui loca hæc per frequẽtatas profectiones, & digestas distantias dedit.

Rhinocorura 62 20 31 30

Procul ab Ostracina m. pa. xxiiij. Exules Aegiptij eã urbem condiderunt quos rex narib. truncauerat: unde nomen urbi:

Anthedon

Anthedon	65	10	31	20

Procul à Rhinocorura m. paſſ. xxij. Hãc euerſam nouit Strabo, quæ inſtaurata ab Herode ſuperiore dicta fuit Agrippias.
Raphia. Hanc in profectione à Gaza ad Rhinocoruram Antoninus ſtatuit in locum Anthedonis, in diſtantia m. paſſuum xxij. à Rhinocorura. Sic eam etiam Plinius in Continentem locauit, Raphacen uocans.
Ab oriente terminatur Iſthmo, inter mare Aegyptium & Arabicum ſinum, ſecundum lineam pertingẽtem ab Anthedone ad ſinum Arabicũ apud Heroen urbem, inde ipſo ſinu iuxta littoris deſcriptionem hanc.
Aeant ſinus, qui Heroepolites, pro lingua gentis Arabum, auctore Plinio:

Poſidium	63	30	29	50

Super præfato fine, commemnratum à Strabone.
Quez, ſiue Zuem, in loco Poſidij. Aetate hac ciuitas & emporium, quo merces ex Arabia fœlice conuehuntur, undeq; Cahiram exportantur per Camelos. Hæc commertia minus hodie frequentantur, poſtq; Hiſpani Indicas nauigationes in ſe tranſtulerunt.
Nelos oppidum
Cambiſum oppidum
Marchadæ oppidum
Tyra gens ſuper mari rubro inter Heroen urbem & Daneũ portum, cõmemoratur à Plinio.

Promontorium	63	25	29	25

Hoc circumuadarunt filij Iſrael, tranſeuntes mare rubrum.

Bahalſephon	63	25	29	30

Locus uallis Pichachiroth ſuper mari, è cuius regione filij Iſrael fuerunt metati caſtra.

Promontorium	63	25	29	20

Inter hoc & ſuperius promontorium: teſte Ioſepho: fuerant filij Iſrael cõcluſi. A fronte mare habebant, à tergo caſtra Aegyptiorum. Certam mortẽ in oculis uidebant, ſed diuinitas in ſuprema deſperatione facta dux ſalutis, uiã per mare aperuit.

In finu Charandra Daneus portus	63	25	29	15
Arfinoe ciuitas	63	20	29	10

Procul à Pelufio per defertum arenofum m. paff. clxxxv.
Cleopatris & Cleopatrida in loco Arfinoes.

Foffam ductam à Nilo apud Delta, ad mare rubrũ, per lacus: qui Amari uocantur: incifam primũ à Sefoftri, ante Troiana tempora, Alij inchoatã a Pammiticho rege adhuc puero aiũt & à Dario primo prope perfectam, derelictam effe, quoniam perfuafum haberet fuperficiem maris rubri, altiorem Aegypto, & eam mari obrutam iri, fi Ifthmus incideretur. Poftea Ptolemæi reges perfecerunt, fed eurypum, clauftris oppofitis, cõmunierunt, ut exirent quidem in mare rubrum, ubi ufus poftulaffet, & os rurfus clauderent, præter periculum inundationis. Fuit longitudinis cxij m. p. latitudinis c. pedum, altitudinis xxx.

Ptolemæus fluuius, dicta ipfa foffa, pertingẽs in daneũ portũ.
Calidarum aquarum eruptio poft Arfinoen. Sunt falfæ & amaræ. Concipiuntur ad Exielefam petram.

Clyfma præfidium	63	20	28	50
Drepanum promont.	62		27	50
Miformus	62	30	27	30
Philoteras portus	62	15	26	25

Dictus à Sorore Ptolemæi fecũdi, i Satyri opus, qui ad Trogloditicam & Elephantorum uenationem perfcrutãdam miffus fuit.

Aennium ubi Philoteras, auctore Plinio.

Aiax mons	62	20	26	30
Leucas portus	62	30	26	
Achabe mons	62	30	25	25
Nechefia	62	30	25	30
Smaragdus mons	62	50	25	

Et Ifthmus ubi Smaragdi funt, & aliorum preciofforum lapidum metalla, quę Arabes profundis actis meatib. effodiunt. Topazius lapis uicinis locis effoditur, perlucidus, fplendore aureo refulgens, ut interdiu uideri non poffit, noctu exploratur

tur

tur ab his qui colligunt,& signo imposito sub die effoditur.
Aphrodites stagnũ in radicibus montis: intelligo Smaragdi: difficile ad nauigandum.

Lepta promont.	62	20	22	20

Isthmum uocat Stabo, in rubrum mare porrectam.
Achatartus sinus ingens post Aphroditen stagnum.
Cheronnesus in sinu Achatarto, angusto aditu.

Berenice ciuitas	62	5	23	50

Quamuis sine portu sit: ait Strabo: tamen apta diuersoria habet. Ptolemeum philadelphum dicunt uiam à Copto ad hanc aperuisse cum exercitu, cum sicca esset regio, per mansiones cisternas constituisse. tam pedibus iter agentib. quam Camelis.
Chosair portus ætate hac. Esse uidetur Berenice inter Berenicen & Pentadactilum montem, Plinius memorat.
Auteos Arabes, Gnebedeos troglodítides, quę Michoe dicũt

Pentadactilus mons	62	25	23	30
Bathyum promont.	65		23	

Mare rubrum difficulter nauigatur: præcipue Aegypti: nauigantib. ex Heroepolite sinu.
A meridie limitem habet Lineam, deinde extensam usque præfatum finem in Libya, iuxta quam lineam post Aegyptum Aeshyopia sita est.

Montes in prouincia insigniores sunt

Bascisaorum, quorum medium	52	20	30	
Anagombri	52		27	30
Asiphus mons	55		30	30
Aspis mons	57	30	30	20
Ogdamus mons	58		29	30
Thinodis mons	58	30	29	20

Azar mons 51 30 23 30 Et 53 23 30
Libyci montes ab occidentali plaga Nili
Quorum fines 61 20 29 25 Et 61 25 23
Ab orientali autem parte fluminis
Quornm fines 62 15 29 Et 62 23
Vallis spacio stadiorum ccc. inter eos montes comprehensa,

& fluuio media irrigata, est Aegyptus dicta superior. Remotiora à flumine fere sunt arida & inculta.

Paludes autem sunt

Cleartus palus	52		28	20	
Lacci palus	55	30	26	20	
Lycomedis palus	57		22		Desertis circundatus.
Solis fons	58	15	28		Apud Ammonem.

Maria lacus 60 30 30 50 Qua Alexandriam accedit. Qua Cheroimesum 60 15 30 50 Qua Scoediam. 60 25 30 25 Qua austrum 60 30 30 35 Dictus & Arapotes: teste Plinio: & Mareotis, incubit Alexandriæ à meridiana plaga. Hunc Nilus multis fossis tum é superiorib. partib. tum à laterib. adauget, per quas multo plura Alexandriam importantur quã è mari, quare portus qui in lacu est, ditior habetur maritimo. Et quæ per eum ex Alexandria in has terras exportantur, plura sunt quã quæ ex orbe nostro Alexandriam importantur. Fecit denique is lacus urbi temperiem aeris & salubritatem præcipuam, quoniam Nilus æstate auctus margines lacus implet, & morbidũ cœnum diluit, ne eo concreto malignus uapor exhalet. Lacus etiam plures in eum refunduntur. Latitudinem habet supra cl. stadia, longitudinem supra ccc. complectitur insulas viij. præterea circumhabitatur frequentib. uicis, suntque loca cultissima, & uitifera, uinumque quod inde Mareoticũ dicitur, durat ad uetustatem. Buheira lacus idem Mareotis, sic dictus ætate hac ab his qui hæc loca tenent.

Mœridis lacus	61	10	30	30
Situs apud Arsinoen.				
Qua accœdit Memphim	61	5	29	35
Apud Libycos montes	60	25	29	5
Apud Dionysiam	60	30	29	
Qua ad Thinodium montem	60		29	30
Circa Bachim urbem	60	30	29	20

Distat ab Arsinoe c. stadiis, á Memphi lxxiij. m. pass. In ambitu habet ccl m. altitudinis l. pass. pelagi magnitudi-

ne,& colore marino, tanq̃ mare antiquitus ad hunc usq; locũ accesserit. Littorib. autem multis ætatib. limo & arenis exaggeratis, mariq; recedente, lacus manserit, id quod accidisse & circa Ammonem Strabo existimat. Tantæ est autem uastitatis, ut Nili inundationes recipiẽs non redundet in propinquas habitationes. Decrescente quoq; Nilo prębeat abundantem aquam irrigationib. uicinorũ agrorum. Imposita sunt autem claustra fossis, & quib. Nilus admittitur, & quib. lacus emittitur, & additi architecti qui opus utrunq; dispensent. Opus fuit Myris regis: Diodoro auctore: qui amplitudinem lacus multo maiorem facit, & distantiam à Memphi etiam multo minorem.

Labyrinthus 61 5′ 29 55

Procedenti ex fossa: quæ inundationes admittit: intra lacum ad xxx. siue xl. stadia est ædita planicies in formam insulę, ea uicum habet, & regiam multorum regum comitatum excipiens quæ habebat aulas xxvij. quot erãt pręfecturæ Aegypti. Viæ ad aulas ducentes erãt subterraneę multę & longæ, quæ inter se flexuosos transitus haberent, nec peregrinus ullus ingredi aliquam aulam, & egredi poterat sine duce perito loci. Erant uero cryptæ & aulæ concameratæ lapide, præter alterius materię admixtionem. Desuper inspectantibus uidere erat ædificium, tanq̃ campum lapidib. stratum, occupabatq; peruersam aream plus stadio. Pyramis quadrata surgebat in fine Labyrinthi, cuius quodlibet latus ferè quatuor iugerũ erat, altitudo par, sepultura Imandi regis qui Labyrinthũ ędificauit.

Sirbonis lacus 63 30 31 10 Et 63 45 31 10

Secus mare succedens post Gazeorum portum, admittens autem quędam strictum aditum in Aegyptum usq; ad id quod eruptio uocatur, longitudinis xxiiij. m. pass. latitudinis quasi vi. ambitus xlvij. admodum profundus: inquit Diodorus: Herodotus eum Casio monti applicuit. Regionem ab eruptione ad Casium dicit cc. stadiorum. Nunc est: inquit Plinius: modica palus.

Canopica fossa quæ è Mareoti lacu ducta est ad Canopum.

Buticus lacus	61	30	30	50

A Buto urbe uicina.

Lacus quorum medium	62	30	30	30

Vicini Mendeti & Dispoli urbibus

Lacus ingens	62	50	31	5

Super Mendesio & Tanitico ostijs.

Amari lacus	62	30	29	30

M.pass.xxxvi.D.à Nilo procul.

Per eos fluit fossa ducta à Cleopatride ad mare rubrum, latitu dinis pedum cl.altitudinis xxx.longitudiuis cxij.

Phacusa dicta Tacasasta apud Antoninum, si non est menda exemplaris. Inde est initium fossæ ductæ in mare rubrum à Ptolemæis.

Lacus dicti paludes	63		30	15
Et	63	15	30	30

Siti sunt ad sinistrã Bubastici fluuij,in uia ad Pelusium, à quo distant Dccl.stadrjs,quos una fossa Nili implet.

Ptolemæus ꝙ ex tot lacubus qui apud Strabonem multa diligentia memorãtur tam raros ponit, puto causam esse ꝙ non sunt perpetui,sed effusionibus Nili, & arenis subinde implentur,quod accidere & fossis est existimandum.

Tenent autem plagam magis septentrionalem Marmaricæ Libyarchæ,unde tota Marmarica est dicta Barcha,ętate hac, quorum oppida

Leucæ	51	20	31	
Massadalis	51	20	30	30
Bochiris	52	20	31	

Et Aniritæ,quorum oppida

Albecamini	53	10	30	50
Mansuchis	53	30	30	20
Albe Nape,id est saltus	52	30	30	15
Menelaus	55	20	31	

Et Bassachitæ,quorum oppida

Gaphara	52		30	20
Tuccitora	55	10	30	30

Tacaphuris 53 50 30 10

Sub quibus Apomitę ſub Baſciſaorũ montib. quorꝫ oppidũ.

Abathuba 51 30 30

Poſtea qui etiam his auſtraliores ſunt Augylæ, qui gradus ha bent 52 30 28

Borealiores Garamantib. xij. dierum itinere. Augylæ: inquit Plinius: locantur medio ferè ſpatio ab Aethyopia, quæ ad occidentem uergit, & à regione quæ duas Syrtes interiacet, pari utrincꝫ interuallo, inferos tantum colebant deos.

Augela Auaſis hac etiam ætate nomen tenet, procul à Nilo ccccl. m. paſs. uia publica de Mauritania ad Aegyptũ. Ipſum uero deſertũ finit ad Aegyptũ, intus ſunt tria oppida et aliquot uillę. Regio eſt dactilifera, horꝫ uero oppida ex priſco ſeculo.

Dioſcoron	52	30	28	50
Alo	53	15	28	30
Migo	53	30	28	30
Augyla	52	30	28	

Poſt quos Naſamones: Strabo eos ſtatuit ſupra Syrtim maiorem & Philenorũ aras, & Pſyllis borealiores, Plinius in ipſa denicꝫ ora Syrtis locat & dictos à Græcis Meſammones, quaſi medios locatos inter arenas. Horum oppida

Saragina	53	15	27	30
Magri lacus	52	20	27	50

Et Pſylli ſub Lycomede palude

Et Bacatæ circa ſitum 52 27 30

Poſtea Anachiſæ ſiue Auachitæ ſupra Bæcolicum montem, ad partes auſtrales

Et Topanitæ, ſubcꝫ his oppidum.

Maſacila 52 20 26 30

Poſt quos Sentites ſupra lacum Cleartum ad auſtrum.

Et Obelæ quorum oppidum

Billa	52	30	25	20
Poſtea Aezari circa ſitum	52	30	25	
Clearti paludis fontes	51	30	25	
Et	53		22	

Coniunctio fontium	52	20	25	
Libyæ autem nomi qui supra mare sunt				
Zigritæ, quorum oppida				
Tachorsa	54	30	30	50
Azicis	55		31	
Nemesium	55	15	30	50
Tisarchis	55	50	30	50
Phibonis uilla	56	50	30	30
Sophanis	56	30	30	50
Bibliophorium	56	20	30	40
Scopa	57		30	20
Et Catani sub aspide monte ad boreales partes.				
Oppida.				
Callij	57		30	40
Laomedontium	57	30	31	
Pedonia	58	20	31	
Et Ligees quorum oppida				
Catabathmus paruus	58		30	50
Glaucum	59		30	30
Australiora uero				
Butzees & Ogdemi & oppida				
Climax	57	40	30	10
Pednopum	57	15	29	40
Post quos				
Adismachidæ, uel: ut Plinius: Adirmachidæ.				
Et oppida				
Thanutis	55	40	29	45
Siropum	56	45	30	
Ad occidentales partes Ogdami montis.				
Postea				
Ammoniaca regio & Auasis, Ammoniensis dicta Plinio.				
Ammon ciuitas	56		29	10

Procul à Syrtib. maioribus xi. dierũ itinere, à Memphi xij. à Cyrene cccc. m. pass. Strabo distare ait à littore in continentem non minus iij. m. stadiorum, quæ distantia multo maior est

eſt aut numeris Ptolemæi, aut occurſu diſtantiæ à Cyrene & Memphi, quam nos loco ſtatuendo ſequuti ſumus, una eſt ex Auaſib. inſignib. in tractu hoc, arenis omni ex plaga circumdata. Puteos intus habet duorum feré cubitorū effoſſa altitudine uidelicet reſtagnantib. aquis ex uicinis montib. Domos conſtruunt è ſale ceu ſaxo exciſo è montib. regionis. Eo loco fuit antiquitus illud celeberrimū oraculum Iouis Ammonis, quod nutu dabat reſponſa. Apud hoc Alexander Macedo Iouis Ammonis filij appellationem ſuſcepit, ſacerdotibus, qui loco præfuerunt, præmonitis quid rex reſponderi ſibi uellet. Durat hodie eadem impoſtura apud eos qui interpretationē librorum diuinorum ſuper humanas actiones, & ius proferendi penes ſe locatum arbitrantur. Et ſuper pactis Galli, & Angli diuortio reſpondent Iouiales antiſtites ex ſacrorum adytis quodcunq; libido regum atq; ad hos aſſentatio, & ſequuta largitio poſtularunt.

Alexandri ſtatio 57 29 20 Poſt
Anagombri circa ſitum 55 30 25 30 Poſt
Iobachi circa ſitum 58 26 Et
Ruaditæ circa ſitum 58 25
Ad boreales partes Lycomedis paludis.
Mareotis uero pars quæ mari imminet, Tenia dicitur.
Monocaminum 59 40 30 50
Cobij 59 10 30 30
Halmyræ, Salinæ 59 20 30 50
Interiora autem tenent Goniatæ quorum oppida
Palemaria uilla 60 30 10
Antiphili 59 30 30 20 Et
Proſoditæ quorum oppidum
Phamotis 60 30 30 Poſt quos
Scythiaca regio. Fuit olim ſub Chriſtiana religione frequentata genere hominum, qui ſolitariam ducebant uitam in portentoſa abſtinentia uictus & corporis afflictione.
Scyathis oppidum 60 40 30 20 Et poſt
Maſtitæ quorum oppidum circa lacum Mœridis.

Bachis 60 3ó 29 50

Dionysia 60 3ó 29 His australiora Nitriotæ incolunt. Huius quoque regionis heremum frequentarunt solitarij Christiani.

His nomis adscribunt duæ Oeassitæ. Et Plin. Memphitę nomo sunt cõtermini ex Africa duo Oeassitę. Verũ Strab. dicit Auases, cõmuni appellatione, quia sint loca culta in mediis arenis tanquã insulæ in mari. Tres uero ponũt Auases. Is & Pli. per Marmaricã et Aegyptũ, duas has, & tertiã Ammoniacã.

Oeassis parua 60 5ó 28 5ó

Oeassitæ magni, quorum oppidum

Oeassis magna 59 5ó 26 55

Qui conferat exemplaria Ptolemei cum nostro cõmentario, habebit hunc locum non obscurum unde deprehendat plæraque tanti operis non corrupta modo sed etiam peruersa esse.

Qn. Curtius Auasim Ammoniacam duplicem facit, & distare à Memphi vi. dierũ circiter profectione. Et ad alterius australiores partes habitare Arabes, qui situs cõuenit utrisque Oeassib. Existimãdum est quod illam Ammoniacã non agnouerit.

Gademes regio grandis, magnorum oppidorum & uicorum procul à mari interno ccc m. pass. austrum uersus. Populus est diues prouentu dactilorum. Inopiam habet frumenti. Negotiatur cũ Nigritis. Existimandum nobis est, quod sit Oeassis magna. Conuenit distantia à mari, & successio Auasium, quas Saracenus grammaticus per Numidiam recensuit ab occidente ad consinia Aegypti.

Iuxta autem totam lineam lateris Marmaricæ & Libyæ, peruenit regio Diammos & Abrochos, id est, Arenosa & sine pluuia. Eas terras, & quæ circum Syrtes & ulteriores ad austrum: ait Plinius: siderum obseruatione esse notabiles, quoniam per profundas, et uentis cõtinue confusas arenas, nulla uestigia manent publicę uiæ. Sed ad cœli regiones itinera: sicut in mari nauigationes: dirigi oportet.

Mareotis 58 28 2ó Plinio, gens & oppidum.

Mareoticæ uero uillæ

Taposiris

Taposiris	59	50	31	

Quo in loco festa maxima celebrabantur à iuuentute.

Hiera	59	20	30	20

LITTORA uero totius Arabiæ tenent Arabes Aegyptij ichthiophagi, in quibus dorsa montium sunt.

Troigi rupis	63		28	

Videtur respondere in situm Exielesæ petræ dictæ Straboni, unde scaturigines calidarum aquarum in mare rubrum erumpunt post Arsinoen urbem.

Arabasterni montis	63		27	50
Porphyriti montis	63		27	20
Nigri lapidis	63		22	20
Basaniti lapidis	62		23	30

Nilus fluuius dictus antiquitus fuit Aegyptus et Triton, & supra Cataractas Gyrisantes, nec ante Nilus quàm se totum aquis coniunxerit.

Ipseq; Nilus, & Nomi & præterea insigniores ciuitates sic se habent. Situs Nili.

Magnum Delta	62		30	

Vbi se primum Nilus scindit ad ostia.

Genius bonus fluuius qui à scissione fluit ad Heracleoticum ostium.

Bubasticus fluuius qui à scissione fluit Arabiam uersus, & per Pelusiacum ostium exit.

Busiriticus fluuius, ducitur ex Bubastico in gradib. 62 20 30 20 & exit per Pathmiticum ostium.

Athribiticus fluuius deducitur ex Bubastico in gradibus 62 15 30 5 & exit per Dinepticum ostium.

Pharmutiacus fluuius deducitur ex bono genio in gradibus 61 55 30 5 exit per Sebenniticum ostium.

Oro insula, cuius medium	61	30	30	10

Insula Nili & opidum omnium rerum ferax præter oleum. Habet insignes domos & magnifica palatia.

Tala fluuius deducitur ex bono genio in gradib. 61 30 50 exit per Bolbitinum ostium.

Pharmutiacus & Athribiticus fluuius iunguntur fossa iuxta ferme littoris parallelam, in latitudine 30 50
Busiriticus et Bubasticus amnes iungunt fossa fere secundum littoris parallelam.
Fluuij alij ab his fossis ad mare exeunt per paludes ad reliqua ostia. Iunguntur & aliæ fossæ prædictis magnis amnib.

Ductus autem nili sic se habet.

Memphis 61 50 29 50.
Dicta hebræis Noph, & Migdol. Regia antiquitus Aegypti procul extra Delta magnum, ad occidentales partes fluuij m. pass. xvi. Vrbs magna & optime sita, secuuda post Alexandriam, complexa ambitu stadia cl, hoc est, millia pass. xix. Omnium urbium Aegypti clariss. Aedificata à Mineo rege ante ingressum Abrahæ in Aegyptum.
PROPYLEVM à parte septentrionali urbis, opus reliquis excellentius.
REGIA in edito colle ad frontem urbis. Qua est descensus ad inferiorem partem urbis sunt lacus et luci, quę opera deserta & diruta iacebant ætate Strabonis.
APIDIS templum fuit Memphi, in quo bos alebatur, cui tribuerunt diuinos honores, dabat responsa.
VVLCANIVM adiacebat Apidis templo, operũ magnitudine sumptuose structũ. In fronte Dromi iacebat colossus ex integro lapide. Dromus est cauedium, siue area sub diuo quadrangula, quam quatuor porticus includunt.
SERAPIVM erat extra urbem loco arenoso structũ Medio itinere erant Sphynges locatæ, quarũ alię obrutę usq; ad caput cumulis arenæ uidebantur, alię ex dimidio apparentes, quib. ex reb. periculum considerari potest: inquit Strab: si eunti ad templũ turbo incidisset. Sphynges sunt feles ægyptij
PYRAMIDES stant in montano quodam supercilio, ad septentrionalem plagam urbis procul stadiis xl. Triũ maximarum duæ sunt numeratæ inter septem memorabilia opera orbis. Quæ omnium maxima est, habet latera pedum geome-

geometricorum Dcclxxv. Hęc erat incrustata secto marmore, tabulæq́ latæ pedum septenum, quas Sultani deposuerūt, & transtulere ad structuram pontis apud Cahiram. Ostiū est in latere quod ad ortum spectat, quod modico descensu fert in specum, intusq́ sunt duæ cameræ, quibus insunt tumbæ, una grandis, duæq́ paruæ.

Pyramis est moles quadrata, in multā altitudinem assurgens, à fundamentis sensim ad sublimitatem gracilescens.

Babulis contra Memphim, sita ab orientali parte fluminis ad Arabiam. Castellum: inquit Strabo: natura munitum, à Babylonijs conditum. Sub imperio Romano erat illic imposita legio ex tribus quæ Aegyptum continerent, iugum ab eo descendit ad Nilum, per quod aqua rotis & trocleis à flumine in castrum subuehebatur, captiuis cl. cōtinue laborantib. Coluerūt Cepum pro numine. Ea est Fera Aethyopica, faciem habens satyri, cętera media natura inter canem & ursum.

Cahira: id est Munitio: ciuitas in sede Babulis, incomparabilis magnitudinis, super cuius situ singulare commentarium à nobis prodetur in corographicorum tractatione.

Conueniunt fluuij in gradib. 61 55 29 25

Traianus amnis intra Babylim miscetur Nilo, uenit per Heroum urbem, concipitur autem in montibus, qui à sinu Arabico Gereniorium uersus tenduntur.

Geza uicus super Nilo contra Babulim.

Insula Nili inter Gezam & Babulim, in ea est grande palatiū.

Muhelacha suburbium super Nilo, ad orientem procul trib. m. pass. à Babuli, habet ornatas domos.

Elsium antiqua ciuitas in aggere super fossa Nili, certior eius situs non habetur. Cōmemoratur ab Arabe grammatico. Ex commemoratione autem locorum uidetur esse in ambitu Cahiræ, forte super Bubastico fluuio.

Muhasira 62 15 29 20

Oppidum super Nilo, procul à Cahira xxx. m. ad partem orientalem.

Iuliopolis 61 25 29 30

Commemorata Plinio, unde ducit nauigationem ab Alexandria ad Coptum emporium.

Vsui	61	45	29	20
Cõmemorata Antonino, procul à Nilo oppido mil. passſ. xx.				
Herculis ciuitas magna	61	50	29	15
Ad occidentalem partem insulæ.				
Ptolemais statio	61	50	29	5
Cene	61	50	29	
Aphroditopolitanus nomus				
Aphroditopolis	62	15	29	40
Ab orientali parte insulæ.				
Angyron	62	20	29	20
Timonepsi	62	15	29	5
Alyi	62	10	29	
Hipponon, in insula Canis	62	5	28	50
Musæ, in insula Canis	62		28	35
Diuisio fluuij ad Heracleopoliten insulam	61	55	28	50
Cynopolis metropolis	61	45	28	40
Ad occidentalem partem fluuij. Hic Anubis colebatur, figura canis, & erat canibus honor, & cibus quidã sacer constitutus.				
Acoris	61	50	28	35
Vbi Nilus diuiditur ad insulam Canis.				
Canis ciuitas contra Cynopolim	62	10	28	40
Mercurij ciuitas magna	61	40	28	30
Ad occid. partes procul ab Ibi m. pasſ. xxiiij. mediterranea.				
Pesarcemidos ad orientales partes	61	50	28	20
Custodia Hermopolitana	61	55	28	15
Ad occid. partes fluuij, procul ab Hermopoli m. pasſ. xxiiij. ubi uectigal exigebatur rerum quæ ex Thebaide inferebantur. Benisuaif in loco custodi oppidum, ætateque hac super Nilo, ex parte Africæ, in cultissimo campo. Fertque linum laudatissimũ quale non prouenit hinc usque Tunetem.				
Antinoe	62	5	28	10
Anthios ciuitas super Nilo ad Asiam. Multæ hic antiquitates Romanæ. Sita uidetur in Sede Antinoes.				

Barnabal

Barnabal ciuitas antiqua super Nilo ad partes Asię. Habet circiter cccc. domos. Sita est in solo fertili. Non licuit nobis ex cōmentario Arabis concipere, in cuius ueteris urbis sede loca ta foret, nisi ꝙ in hoc locorum ambitu sita uidetur.

Quæ autem australiora Hepta nomis sunt, uocantur Thebais, & superioris loca sunt quidem ab occasu fluminis.

Thebaica custodia ab 61 25 27 20

Hinc ducitur fossa quæ Themin fertur. Exemplaria Strabonis habent Tanim falso.

Lycopolites nomus & Lycus ab occasu 61 50 27 35

Apollinis ab occasu flu. 62 27 30

Hypselites nomus & metropolis ab occasu fluuij

Hypsele 62 5 27 25

Passalus ab orientali parte flu. 62 10 27 20

Panton ab or. parte flu. 62 27 15

Thenites nomus, ab occidentali parte fluuij. Et

Ptolemais Hermij 61 50 27 10

Ciuitas omnium maxima quæ in Thebaide sunt, & nō minor Memphi: auctor Strabo: Ciuilitatem græco more instituit.

Munia pulcherrima ciuitas sub Nilo ad Africam in colle, procul à Cahira millib. pass. lxxx. Habet pulchra palatia & Templa, præterea ruinas ex antiquitate. Sita uidetur in loco custodie Thebaicæ.

Lepidotorum ab or. parte 62 26 50

Iouis parua ciuitas ab occ. fl. 61 50 26 20

Chenoboscia ab or. fl. 62 26 30

Vacua ab or. parte fl. 62 5 26 20

Tentyra contra Vacuam, ex parte Affricæ, procul à Diospoli millib. pass. xxvij. Hic Crocodilus supra morem reliquorum Aegyptiorum dedecoratur, & infensissimus habetur, nam ceteri, quamquam eius animalis malitiam norint, & humano generi pernitiosum existiment, tamen uenerantur, atq; ab eo uiolando abstinent. Secus Tentyritæ, bestiam modis omnibus peruestigant, atq; occidunt, nihil ipsi mali uicissim à bestia patientes, quin intrepide natant, & aquam tranant, alio nemine

audente. Coluerũt autem Venerem. Et iuxta templum Fanum Iſidis.

Pampanis uilla	61	50	26	15
Procul à Tentyris m. paſſ. viij.				
Typhonium ad or. fl.	62	5	25	50
Caput foſſæ	62	5	25	55
Hinc ducitur vſq; Coptum.				
Leucothe ab or. fl.	62	5	25	20
Thebæ ab or. fl.	62	5	25	30

Dicta Dioſpolis & Buſiris ciuitas magna complexa ambitu: auctore Diodo: Stad. cxl. ſiue m.pa. xvij. magnis ædificijs, ornatiſſ. deorũ templis, & pulcherrimis ornamentis exſtructa. Domus priuatorũ ad quartã & quintam cõtignationẽ ſurgebant: quod & Cahiræ hodie ſeruant. Valetq; ad arcendos uapores æſtiui ſolis, & ad uias ex umbra refrigerandas. Centum portas habuiſſe fertur ab Homero, non equidem in ambitu murorum, ſed & alias murorum, alias templorum, & publicorum operum. Extra urbem ſuper Nilo, Memphim uerſus, habuit Stabula centum, ſingula capacia equorum ducentorum. In templis habuit quatuor ornatu & amplitudine memorabilia, quorum quod fuit præſtantiſſimum, complexum eſt ambitu. xiij. ſtadia. Parietum altitudo pedum. lxx. craſſitudo. xxiiij. Fuit Indicarum & Arabicarum mercium emporium, contermina Aethyopiæ. Longitudine fuit ſtadiorũ lxxx. Supererant ætate etiã Strabonis monimenta non nulla ueteris dignitatis. Hac autem ætate: teſte Arabe grãmatico: eſt parua ciuitas ſuper Nilo ad Africam, habens ccc. circiter domos, ſplendidas tamen. Ager circum eſt fœcundus.

Obeliſci circa Thebas ſunt, quorum alij exeſi circa laterum acies, alij iacebant confracti demoliti per inſaniam Cambyſis. Memnoniũ in ripa Nili Libyam uerſus. Deniq; in agro urbis ſpeluncæ erant inciſæ in lapidem, & mirabili modo ſtructæ, ſepulturæ regum.

Hermontis ab occid. fl.	61	50	25	20
Tuphium ab or. parte fl.	62		25	10

Latorum

Latorum ciuitas, ad occ. fl. 62 25
Procul ab Hermonthi, m. paſſ. xxiiij. Hi Latum piſcem Nilo peculiarem colebant.
Chnubiſus cōtra Latum ſuper Nilo, dictus Gnuphis Strab.
Ilithyia, id eſt Lucinæ ciuitas ab or. fl. 62 5′ 24 45′
Apollinis magna ciuitas 62 24 35′
Ab occid. parte fl. procul à Lato m. paſſ. xxxij.
Ichnim manſio contra Apollinis ſuper Nilo, antiqua ciuitas, Procul à Cahira ccc m. paſſ.
Ombi ad or. fluuij 62 24 5′
Brabanda antiqua ciuitas ſuper Nilo ad Africam. Sita uidetur contra Ombos.
Munſia noua ciuitas ſuper Nilo ad Africam.
Georgia ditiſſimum monaſterium Chriſtianorum procul à Munſia m. paſſ. vi. Situm in fœcundiſſimo agro.
Chiam oppidum ſuper Nilo: cōmemoratum ab Arabe: poſt Georgiam.
Chanah antiqua ciuitas munita ſuper Nilo, cōtra Brabandam Hic eſt, ætate hac, tranſuectio mercium: inquit Arabs: à Cahira ad Mecham. Videtur eſſe in ſitu quo Antoninus ſtatuit manſionem contra Ombos. Arabs quidem grammaticus certiorem ſitum earum urbium non ponit.
Apud Ombos eſt conuinctio Nili ab inſula Elephantina.
Syene 62 23 50′
Ab orientali parte inſulæ Elephantinæ, dicta in Hebræo Seueneh. In ea locatæ erant tres cohortes Romanorum, præſidij gratia.
Aſna ciuitas ipſa Syene. Arabes enim antiquum nomen faſtiditi, quoniam Seneglia ſignificat brutum, commutarunt in Aſnam quod ſignificat illuſtre. Aedificata hac ætate eſt ex ruinis Brabandę, habetq́ grandia ædificia, & magnum ambitum, memorabilesq́ ſepulturas cum litteris Aegyptijs & Latinis. Incolæ ſunt diuites & paſtores
Cataracta parua 61 55′ 23 45′
Cataracta eſt petroſum quoddā ſuperciliū in medio fluminis,

ſuperiori parte planum, ut recipere flumen poſſit, definitq; in præceps. Ex eo flumen cadit in inferiorem alueum, quo facile adnauigari poteſt. Itaq; Scapharij ſpectaculũ exhibere principib. uolentes, huc adnauigant, & defluunt in Cataracten in præcipiciumq; detruduntur, Scaphis & ipſis illeſis. Nilus quoq; eo loco inclusus montibus, nec alibi torrentior uectus, aquis properantibus ad locum Aethyopum fertur, qui Catadupi uocantur, nouiſſime Cataractà, inter occurſantes ſcopulos non fluere, ſed ruere cum immenſo fragore uidetur.

Dodecaſchinum	61	25	23	20

Ad orientalem partem Nili, & ſuper diuiſione fluuij ad inſulam Elephantinam.

Hiera Sicaminon	61	25	23	35

Ad orientalem partem fluuij

Philæ	61	20	23	30

Ex orientali parte fluminis. Communis habitatio Aegyptiorum & Aethyopum. Structę quomodo Elephantina ciuitas, & pari magnitudine. Habuerunt Aegyptia templa, ubi Ales colebatur, quē accipitrem uocant, qui nec noſtris ſimile quicquam habet, nec Aegyptijs, nam & magnitudine excedit, & uarietate longe diuerſus eſt. Dicunt eum Aethiopicum eſſe, & inde afferri cum prior defecerit, ac etiam multo ante. Et tunc nobis oſtenſus eſt: inquit Strabo: cum iam morbo deficeret. Nos Philas ex Syene plauſtro uenimus, per campum ualde planum, centum ſtadiorum ſpacio. Per totam uero uiam uidere erat multis in locis utrinq; quaſi Scopulos, petram arduam, rotundam, politam, propemodum ſphæricam, nigri ac duri lapidis, ex quo mortaria fiunt, ſuper maiori petra poſitam, ac rurſus ſuper ea aliam. Non nullæ ſeorſum Solitariæ iacebant. Earum maxima erat non minor xij. pedum diametro, atq; omnes maiores huius dimidio.

Cataracta maior apud Philas procul á Syene ſtadijs ccc. Totidem, á ſinu Arabico.

Metacompſo, ad or. flu.	61	20	23	
Pſelchis	61	35	23	5

Aethyo-

Aethyopica urbs ad occiden. partem fluminis. His locis imperauit: ętate Strabonis: Candace regina, usq; Meroen. Mulier uirilis, quæ arma mouit contra imperium Romanum, & præsidium apud Philas oppressit, & Augusti statuas euertit. Huius reginę Eunuchus Ierosolyma uenit, & baptisatus in itinere à Philippo Apostolo fuit.

Cumili arenarũ sunt ultra Pselchim, itinere ad Prennã, quib. Cambysis exercitus obrutus fuit, incidente uento & arenas exaggerante.

Tasis contra Philas super Nilo

Thalmis 61 40 23 25

Izyzi contra Metacompsum super Nilo.

Parempole ad occidentalem partem insulæ, contra Cataractam minorem.

Regionis: quæ inferior dicitur: Nomi & metropoles sunt ab occasu magni fluuij: qui genius bonus uocatur: cum á mari incipimus Præfectura Alexandrinorum

Mercurij ciuitas parua 61 .. 30 50

Cynecopolitanæ præfecturæ. Cynecopolis ciuitas

Andropolitanus Nomus & metropolis

Andron 61 20 30 40

Latopolites nomus & Latone ciuitas 61 30 30 5

Derotte nobilis ciuitas, antiqua, diues & frequens, sine muris super Nilo ad partem Africæ. Incolæ sunt præcipue ciuiles. Est in sede Latones.

Mechellæ chais noua ciuitas super Nilo ex parte Africæ, super aggere. Videtur esse in uia à Latone ad Cahiram

Melititis præfecturæ.

Meletis metropolis 61 31

Ita Plinius. Exemplaria Ptolemæi Metelis.

Inter uero magnum fluuium Bonum Genium & Pharmutiacum amnem ciuitates

Phthenoti nomus & Butus metropolis 61 30 30 45

Cabasites nomus. Cabasa metropolis 61 30 30 40

Saites nomus, Sais metropolis 61 30 30 45

Diſtat duob. ſcœnis à flumine. In hac Mineruam colebant, in cuius templo fuit ſepultura Pſammitichi regis.

Et apud magnum fluuium ab occaſu

Naucratis ciuitas 61 20 30 30

Mileſiorum opus, ab hac Plinius uocat præfecturam Naucratiten,& quidam,

Naucraticum oſtium id quod Heracleoticum.

Et ab ortu ſolis iuxta magnum fluuium

Proſopitæ nomus. Nicij metropolis 61 20 30

Niciæ uicus: inquit Strabo: Diſtat à Litho. xxix. m.

Fuoa antiqua ciuitas ſuper Nilo Aſiam uerſus contra Oro Inſulam procul à Roſitto xlv. m. paſſ. ad auſtrum. Frequens habitatore, ciuilis & diues, in ſede Nicij.

Mechela noua ciuitas ſuper Nilo, humilis ædificijs ex parte orientali fluuij, poſt Nicium in uia ut uidetur ad Cahiram.

Gerirat locus uidetur in Oro inſula

Eddcheb locus uidetur in Oro inſula.

Inter Pharmutiacum & Athribiticum amnes Sebennitis inferior nomus

Pachneumonis metropolis 61 25 31

Hanc eſſe Damiatam arbitrantur, de qua re ſub Heliopoli dicemus

Xoytes nomus & metropolis, Xois 62 30 30 25

Inſula inter oſtia

Sebenniticum & Pathmiticum.

Taſa 61 20 30 35

Inter Athribiticum & Buſiriticum amnes

Phthemphuti nomus, Plinius Temphum uocat.

Onuphis 62 5 30 50

A qua & Onuphiten nomum dicunt.

Athribitæ nomus & metropolis Athribis 62 15 30

Super amne ſui nominis.

Hi murem Araneum pro numine colebant.

Mendeſie nomus & metropolis.

Thmonis 62 25 31 10

Hic

Hic Pan colebatur & Hircus. Mendete proximũ mari præcipitium, inquit Strabo.

Sebennitis superiorum locorum nomus.

Sebennitus metropolis 62 30

Busirite nomus & metropolis Busiris., 62 30 30 15

Leontopolite nomus & metropolis Leonton,

Iuxta Mendeten 62 25 30 35

Diospolis ciuitas propinqua Mendeti

Inter Busiriticum & Bubasticum amnes Neut nomus

Panephysis metropolis 62 20 31 5

Taposiris altera dicta parua in Isthmo qualis est inter fossam Canopicam ductam à Mareoti lacu, & mare ipsum.

Schœdia oppidum 60 20 30 25

Procul ab Alexandria. iiij. Schœnis super fossa quæ à Mareoti lacu ad Nilũ exit. Apud hoc erat nauale thalamiferorũ nauigiorũ quib. in superiorem regionem nauigabat̃. Hic exigebatur uectigal rerum quæ è superiori regione Alexandriã portabantur. Huius commercij gratia ratis in flumine iuncta erat, unde loco nomen inditum fuit. Ex Schœdia nauigant Memphim.

Rosittũ ætate hac ciuitas super Nilo ex latere Africæ procul iij. m. à mari. Homines eius loci sunt ciuiles.

Chabrię uicus ex his qui plurimi sunt ad lacum Mareotim ad dextram nauigantib. ex Schœdia Memphim.

Eleusina habitatio prope Alexandriam super fossa quę Shœdiam fert ex lacu Mareoti.

Aegypti mediterraneæ ciuitates Lichinos heremi

Magdolum 63 20 31 5

Procul à Pelusio. xij. m. passſ. Apud hanc consederunt Iudæi fugientes Chaldęos Ierosolyma, & adduxerunt secum Ieremiam prophetam, quem subinde lapidarunt.

Sylæ 63 20 31

Procul à Pelusio m. passſ. xxiiij. per Magdolum.

Taubasium 63 5 30 30

Commemoratum Antonino, procul à Pelusio lij mill. passſ.

Hieronymus Teubathon castrum uocat, procul à Pelusio tribus mansionib, uiæ ad Babylim.

Serapium 63 10 30 45

Vicus Iudæorum 62 55 30 35

Dictus Græcis Bubastus. Hebræis Pibeseth. Iosephus scribit In leonum ciuitate Heliopolitanum templum dirutum Iudæi purgarūnt, quod appellatur à Græcis Bubaste.

Cæne ueteranorum 62 30 30 5′

Tanis altera 62 10 29 50

Sohan dicta in Hebræo, distat à Memphi: auctore Iosepho: stadiis clxxx. regionis Heliopolitanæ. Hanc celebrant sacræ litteræ, ut in psalmo. Coram patrib. eorum fœcit mirabilia in terra Aegipti, in campo Taneos.

Phagroriopolitana præfectura, & Phagroriopolis ciuitas circa Cleopatridem, & recessum Arabici sinus.

Taphnis, Tachpenes dicta Hebræis. 63 20 31

Phatura dicta hebręis Pathros, ciuitas in horū locorū ambitu

Pharbetites nomus, & metropolis Pharbetus 62 45 30 10

Setroites nomus & metropolis

Sethrois 63 20 31

Herculis, parua ciuitas. 93 40 31

Arabiæ nomus & metropolis,

Philonis uicus continuus ipsi Phacusæ.

Bubastites nomus & metropolis Bubastus 63 5′ 30 40

De quo in uico Iudæorum.

Thou 63 30 30

Heliopolite nomus & metropolis,

Onij 62 30 30 10

In eius urbis agro Iahacob patriarcha habitauit.

In huius regione sub Ptolemæis constructum fuit templum emulum illi Ierosolymitano ab Onia sacerdote Iudæorum, cū Antiochus, Epiphanes, & plures domesticæ seditiones Iudææam uastarent, de quo est dictum sub Bubaste.

Mneuis bos Heliopoli colebatur, nutritus in septo quodam.

Hebræi quia Ramessem regionem circa Heliopolim incolebant

bant, ex longa cõsuetudine ad sacerdotes eius loci in Mneuis religionem inducti erant, quam rursus in cultum reuocarunt in deserto, conflantes uitulum. Ieroboam ergo Ephrateus rex decem tribuum, quoniam in Aegypto sub lõgo exilio fuerat, illic imbiberat religionem, q̃ in finib. imperij sui erexit aureos uitulos.

Apud hęc loca circum Ramesses & Onios diuerterunt parentes Christi cum infante fugientes insidias Herodis regis, & manserunt exules à Iudæa plus minus quinquennio.

Sucho, id est castra 63 15 29 55

Prima mansio filiorum Israel, postquam reliquerunt primas sedes Ramesses.

Azioth in situ Bubasti, antiquissima ciuitas sub Nilo, procul à Cahira cxx. m. Admirabilis fuit quod ex ruinis uidetur, & infinitis epithaphijs scriptura Aegyptia. Habitat ætate hac centum domib. & trib. aut quatuor ecclesijs uel monasterijs Christianorum Ghosen regionis.

Heliopolis Auen 62 15 29 55

Hebræis Bethsemes procul à Memphi m. pass. xxi. Platina dictam ait ab Aelio pertinace. Atqui Heliopolis uocata fuit ab auctorib. antiquiorib. aliquot ætatib. Aelio pertinace. Solis ciuitas: inquit Strabo: in aggere ingenti posita extra Delta, habitaculum antiquitus sacerdotum Aegypti, extabantq́; ætate Strabonis illorũ amplæ domus. Addit Platina, dictã ætate hac Damiatam, nos Pelusium ita dictã arbitramur, quæ sit expugnata ante hos annos circiter ccc. à rege Gallorum sub expeditione Syriaca.

Damiata ciuitas Aegypti in sede Pelusij.

Cercesura ciuitas cõtra Heliopolim Libyam uersus. Hic erat specula Eudoxi, ex qua is cœlestium motus obseruabat.

Arsenoitis 63 30 5

Hebręis dicta Rahamesses. Hunc pagũ filij Israel sub Aegyptia captiuitate ædificauerunt & habitarunt.

In huius urbis finib. fuit Auaris aut uera aut commenticia ciuitas, circuitu ix. m. pass. cuius meminit Iosephus ex Mane-

thone Aegyptio libro primo cōtra Appionem grāmaticum. Monfloth grandis & antiqua ciuitas. Visuntur ætate hac columnæ grandes & porticus, & ruinæ cum litteris Aegyptijs. Situm huius putamus esse in ambitu Cahiræ & Heroepolis, ex ordine quo memoratur ab Arabe grammatico, & in finib. Arabiæ & Aphroditopolis.

Pichachiroth	62	50	29	20

In Hebræo castra Aegyptiorum. Inter ea & mare erant filij Israel circumsessi.

Litus	61	50	29	50

Ciuitas ad latus Aphricæ procul à Memphi xx. m. uiæ ab Alexādria. Hanc Iosephus Sucho, id est Castra dicit, in quæ profectos dicit filios Israel sub ipsa summa die migrationis ex Aegypto tunc desertam: ut ait: ubi postea Babylon cōstructa est, dum Cambyses Aegyptum inuaderet. Sed hoc non uidetur conuenire historiæ locorum. Q. enim Antoninus Babylim in recensione locorum non præterijt, & Litum diuersam posuit, sentiendum est duas urbes esse, hanc & Babylim, neq; prima castra esse in Lito potuerunt. Quoniam à Sucho: id est primis castris: uenerūt proxima mansione in Ethan, super mari rubro, ubi Zuem ętate hac emporium est, à quo Litus abest secundum dimensiones Antonini. m. pass. amplius lxxx. non potuit populus continua profectione à fuga perficere tantū iter, sed & liber Exodus scribit mouisse ex Ramesse loco, spatio dimidio propiore q̄ Litus aut Babylis.

Canchach	62	5	29	50

Ciuitas grādis & ornata in principio deserti, uiæ ad Sina montem, procul vi. m. pass. à Cahira. Inter eas urbes sunt perpetui horti, post hanc non est habitatio ad xl. m. pass.

Australiora autem magni Deltæ & inferioris regiōis Heptanomus dicitur. Memphites primus nomus ab occasu fluuij. Similiter ab occasu fluuij mediterranea ciuitas.

Acanthon	61	20	29	20

Post Memphim, Lucus Osiridis & Achāti Thebaici, ex qua fit gumi. Ad eum lucum est fossa perducta ex Nilo.

Postea

Poſtea, iuxta eam partem qua fluuius ſcinditur admittens inſulam.

Heracleopolites nomus 62 · 28 45

Ab occaſu uero inſulæ. Arſinoites nomus & metropolis

Arſinoe mediterranea 61 35 29 30

Centum ſtadijs procul à ripa.

Crocodilorum ciuitas eadem Arſinoe. In ea præfectura Crocodilus mirum in modum colebatur. Et eſt ſacer apud eos nutritus ſeorſum in lacu quodam, & ſacerdotib. manſuetus, Suchum dicebant, & nutriebant pane, carne & uino, quas primitias ipſi beſtiæ peregrini offerebant.

Cella Antonij ſolitarij 62 5 28 30

Cella Pauli primi Heremitæ, procul á cella Antonij, itinere quod perficere potuit die uno & medio exhauſtum ieiunijs corpus Antonij ad montes qui includunt Nilum ex parte Arabiæ.

Similiter ab orientali parte inſulæ

Oxyrinchites nomus & metropolis

Oxyrinchos 61 40 28 35

Hic templum fuerat Oxyrinchi piſcis, & pro numine colebatur, tum hoc loco impenſius, tum reliqua tota Aegypto.

Similiter ab occaſu fluuij Cynopolitanus nomus

Ibis ciuitas 61 45 28 5

Procul ab Oxyrincho m. paſſ. xxx.

Alabaſtrorũ ciuitas mediterranea. 62 30 28 20

Aphroditopolites nomus, &

Crocodilorũ ciuitas mediterranea 61 20 27 40

Poſtea mediterranea ab occaſu fluuij

Abydus 61 35 27

Procul á Ptolemaida m. paſſ. xxij. à Dioſpoli m. paſſ. xxij. auctore Antonino: ciuitas maxima ſecunda poſt Thebas. In ea fuit Memnonis regia, mirifice ſtructa, tota ex lapide, quemadmodum Labyrinthus, ſed hæc non multiplex fuit. Fons erat in profundũ defoſſus in quem per fornices deſcendebatur in forcipē flexos ex integris lapidib. & magnitudine

& structura excellentibus. Et fossa ex flumine ad hunc locum deducta fuerat. Exemplaria Plinij faciunt distare Abydum à Nilo dierum vij. itinere, in Libyam, corrupta procul dubio lectione. Sequenti ætate fuit Abydus redacta in paruam habitationem. Sunt apud eam urbem monimenta alia insignia, dicta Memnonia. In templo Osiris Abydei nõ licet neq; Cantori, neq; Tibicini, neq; Psaltę canere quemadmodum in deorum aliorum templis.

Memnon, & mediterranea ciuitas				
Thatyris	61	30	25	30
Phthontis ciuitas mediterranea	61	20	22	20
Elephantina insula	61	30	23	55

Et ciuitas ad quã usq; Nilus ab ostijs, aduerso alueo, nauigatur. Hinc cataractæ Syenem uersus nauigationẽ prohibent.

Ab orientali autem parte fluuij Anteopolites nomus				
Antæi metropolis mediterranea	62		27	5
Passalus	62	10	27	30
Pesla, dicta Antonino.				
Hieracon	62		27	50
Isuim	62		27	30
Muthi	62		27	15
Selinum	62		26	55
Panopolites nomus & metropolis				
Panopolis	62		26	25

Antiqua habitatio hominũ qui Linum & lapides operantur.

Thonui	61	55	26	20

Thumuis dicta Antonino, procul ab Apolline m. pa. xxiiij.

Chenoboscia	61	55	26	20
Noua ciuitas	62	10	26	20
Ab orientali parte Nili				
Coptites nomus & metropolis				
Coptus	62	10	26	15

Aegyptiorum & Aethyopum cõmune emporium. Distat à Iuliopoli: auctore Plinio: ccciij. m. pass. id est, gradib. iij. & semi, secundum situm meridiani, nauigatione xv. dierum per aduer-

aduersum Nilum.
Hydræum 63 20 26
Procul à Copto m. pass. xxxij. Iter hoc frequentatur & pedibus & Camelis.
Pœnicum Niconon dictum Antonino, in loco Hydræi.
Didyme mons 63 25 25 45
Vnius diei itinere ab Hydræo.
Aphroditum 62 35 25 20
Hydræmas 62 45 25 5
Procul à Copto m. pass. xcv.
Compasi dictum Antonino: si non est menda scripturę: in loco Hydręmatis
Iouis 62 55 24 55
Aristonis 63 5 24 40
Phalacrium 63 15 24 25
Hydræum Apollinis 63 25 24 15
Procul à Copto clxxiiij. m. pass.
Caballi 63 40 24
Mons 63 35 24 35
Hydręma cænon 63 55 23 35
Procul à Copto m. pass. ccxxxiij.
Hydræum uetus 63 30 23 50

Nominatum Trogloditicũ, diuerticulo duum m. pass. procul à Nouo hydræo iiij. m. Hic præsidium militum positum erat. Ab hoc proxima mansio apud Berenicen emporium super mari rubro procul à Copto cclviij. m. pass. Dicunt: ait Strabo: Ptolemæum Philadelphum hanc uiam cum exercitu aperuisse, factis cisternis quę cœlestib. aquis implerentur. Per noctem iter agebant, ad astra respicientes quemadmodũ nautæ, & aquam portabant, nunc utuntur puteis defossis. Mare enim rubrum difficulter nauigatur, præsertim ex Arabico recessu Heroepolitano nauigantibus. Enimuero ab experientia utilitas maxima uisa est, atq; nunc: eodem Strabone referente: totum Indicum & Arabicũ & Aethyopicum tributũ: quod sinu Arabico aduehitur: defertur Coptũ, qui eiusmodi

mercium emporiũ est. Hæc Strabo. Verum posteriori ætate qua imperium Aegypti ad Arabes uenit, emporia Berenices & Copti ad Mecham Arabiæ fœlicis urbem translata. Merces ex ea urbe ad Zuem intimi Arabici sinus urbem nauigijs transuectę, inde per continentem Camelis Cahiram feruntur, indeq; Alexandriam per Nilum, ubi Veneti suscipientes, in totã Europam emiserunt. Nostra autem ætate, à nata salute Christiana, circiter M. D. hæc etiam emporia desierunt magna cum iactura Venetę fœlicitatis, postquam Hispani repererunt circumnauigari Africam, & ipsi in Indiam penetrarunt, transferentes in se questum toto oriente quesitum.

Contra Apollinis	61	50	28	35

Ciuitas parua, non procul à Copto. Videtur esse quod Hydræum Apollinis Plinius dixit. Et quoq; Strabo memorat itinera, quæ per hanc sint procurata factis cisternis.

Thoi mediterranea	62	15	28	20

Ab orientali parte Dodecaschini. Sunt Arabes dicti Adei: Credere liceat, esse qui superius Antæi dicti sunt: & Plinio Autæi.

Azarei Arabes feri ex Trogloditarum connubijs.

Gnebedei Arabes Trogloditæ.

Michoe Arabes, qui Ttrogloditæ.

Insulæ autem Affricæ & Ægypto adiacent

Aedonis insula	52	30	32	
Tindarij Scopuli	55	50	31	30

Quatuor paruæ insulæ quæ portum habent.

Aenesippa insula	56	30	31	30
Procusæ insulæ duæ	56	50	31	30
Pedonia insula	59	30	31	30
Didyme insulæ duæ	60		31	30
Pharos insula	60	30	31	5

Procul á Conopico ostio stadijs cl. extenditur ultra Alexandriam, ortum uersus m. pass. trib.

In Arabico sinu insulæ hæ

Sapirena insula	68	50	26	15

Aphro-

Aphrodite insula 65 15 25

Tres insulæ in Aphrodite stagno. Duæ oliuas & ficus abunde ferunt. Tertia his arborib. deficiens Meleagris referta est.

Agathonis insula 65 15 23 20

Iotabis insula 65 50 28

Procul ab Ailah m. stadijs. In qua Iudæi, gens libera antiquitus habitauit, auctor Eutropius.

Ophiades insula, sita haud procul à Berenice & Smaragdo monte, longitudine lxxx. stadiorum, infesta antea serpentib. & deserta, postea regum cura fuit perpurgata propter metallum quod illhic fodiebatur.

Topazij gemmæ, uitro similis aureo colore.

Topazos insula, dicta Plinio quæ Ophiades.

Cytis insula quæ Topazium gemmam fert, commemorata Plinio. Aut eadem est quę Topazos aut propinqua et eodem prouentu lapidis insignis.

Inter Saporinen insulam et Berenicen urbem Insulæ aliæ sunt commemoratæ Plinio.

Satala insula Admyos Horman

Insula deserta. In qua Tadnos fons, Et mons Eos.

Lambe insula. A qua usq; Berenicen portus sunt multi.

Maren insula una earum quæ sinum refertum tenent. Existimandum est q; sint tres illæ in Aphroditæ stagno, & Achatarto sinu locatæ

Arabicus sinus insulas continet: inquit Diodorus: multas & magnas, quę faciunt cursum nauium arctum, sed & maris fluxus uehemens est et multus. Quo magis est mirandum, quomodo ab Auctoribus in ea ipsorum de Aegypto scribenda diligentia tam raræ sint commemoratæ.

A R A B I A

ARABIA
PETRAEA

Dicta, noſtro autem ſeculo à Saracenis Barraab. Terminat̃ à meridiana plaga ſinu Arabico, iuxta littoris deſcriptionem hanc. Poſt poſidium in intimo ſinu, & eſt dictum habere gradus.

gradus.	63	30	29	50
Marah caſtra	63	35	29	50

Ethan deſerti. Hic Moſeh Aquas amaras conuertit in potabiles, ligno iniecto quod illi deus oſtenderat.
Ethan pars deſerti Sur, apud Heroepolim. Hic Moſeh ſuſcepit populum Iſrael ex mari rubro.
Sur deſertum inter ſinum Arabicum apud Heroen urbem, et mare Aegyptium apud Oſtracinen.

Elim caſtra	63	25	29	50

Vbi palmæ lxx. & xij. fontes. Palmæ non multum eminentes erant à terra, propter aquæ inopiam, neq; eis ex fontib. humectatio quædã erat. Sic dum germinare non poſſent, erant indubitanter ſteriles & paucæ. Hebræi quoq; cum per arenam diſcurrerent, nihil eis aquæ occurrebat, uel ſi paucum in manibus ſumerent, erat inutilis & cœnoſa.

Caſtra extrema	63	55	29	25

Caſtrametati ſunt iuxta mare Suph. Hæc uidelicet eſt ultima caſtrametatio ſuper mari rubro. Hebræi uocant mare Rubrũ Suph, uel à papyro quæ innaſcit̃, uel ab inundatiõe, quia eſt in tẽpeſtuoſum. Hoc loco populus paſtus fuit coturnice ſub ueſperã, & in diem poſterũ pluit manna. De his locis et Strabo ſcribit. Poſidio eſt: inquit: continuum palmetum quoddam, aquis abundans & in magno honore habitũ, propterea q; tota circumſtans regio æſtuoſa ſit & arida, & umbrarũ expers.

Hic maxima palmarum copia est. Luco uir & uxor præsunt per genus cõstituti, uictum ex palmis ducentes. Nos arbitramur loco religionem mansisse propter miracula Moseh illic celebrata.

Littus 62 5' 29 35'

Pharan promont. 65 29

Littus 65 25' 29

Hesionghaber portus 65 35' 29

Eo reges Hebræi utebantur ad Indicas nauigationes. Dicta et Eslia: auctore Hieronymo: in sinu Elanitico, non procul ab Elana uilla.

Elana uilla 65 35' 29 15'

Dicta & Haila & Elat. De hac Qr. R. Restituit rex Haram et extirpauit Iehudęos de Eloth. Et Edomęi uenerũt in Eloth & habitauerũt. Vetus traductio habet Hailah siue Ahialoth.

Madian ciuitas 65 20' 29 15'

Regia gentis Hamalech, sita in ualle super torrente ad sinum Elanaticũ. Eius fuit sacerdos socer Moseh. Ab hac urbe usq; ad Aegyptũ Saul Hebræus expugnauit gentem Hamalech.

Albus uicus 65 55' 29 5'

Emporium maximum Arabum Nabathęorum. In quod ueniunt Sabæi & Gerræi Arabiæ fœlicis. Exportanturq; inde merces ad petram Palestinæ & Rhinocoruram. Aelius Gallus: inquit Strabo: ad eum uicum uenit nauigijs die xv. q̃ ex Cleopatride Aegypti soluisset.

Campus super mari 66 10' 29

Aquis & arborib. plænus, pecoreq; omni abundans.

Agra regia Elanitarum. Videndum est utrum Gens agarena nomen urbi dederit, uel urbs genti.

Ab occasu terminatur Agypto secundum expositam lineam inter Posidium & Rhinocoruram.

A Septentrione expositis montibus Sehir et Asphaltite lacu.

Ab oriente reliqua Arabia dicta deserta.

Mediterranea autem sic se habent. Sin deserti

Daphchah 62 12' 29 20'

Alus

Alus	62	30	29	56
Rephidim deserti, Choreb mons	62	52	29	56

Eo loco Moseh percusso monte uirga, elicuit torrentes aquarum sitienti populo, unde locus dictus fuit Massah Meribah. Hamalech in deserto Rephidim oppugnauit castra Hebræorum, quo hoste deuicto, Moseh trophæum erexit altare deo & dixit Adonai Nissci

Sina mons, orientale iugum montium Choreb. Mauri uocãt eum, ætate hac, Tur.

Commode fœcerimus ut exponamus lectori rationem, quam his mansionib. collocandis sequuti sumus. Recentissima historia: qualem Venetijs accepimus: refert, Sina montem distare ab Arabico sinu lx. circiter m. pass. Hoc iter filij Israel sunt emensi septimis castris. Facit profectio in diem circiter ix. m. pass. qualis profectio est tolerabilis tam profundæ multitudine, totq; impedimentis quæ subinde in sarcinas conijcere, & rursus explicare oportebat, tot corporibus inualidis, sexu & ætate, tot prægnantibus & mamma nutrientibus pariter in hominibus & gregibus quib. necesse fuerat sequi per arentes campos, profundas arenas, per accliues et decliues colles. Porro Chasmonam urbem Iehosuah statuit sub australi fine tribus Iehudę qui exit in Rhinocoruram urbem noti situs apud auctores.

Ad hanc autem fuit Hebræis á monte Sinai iter xi. dierum, ut sub principio Deuter. legimus. In hoc tempus q multiplicamus profectionem superiorem, quanta in diem uenit, prouenit triangulus ex cuius ratione suscipitur situs Sinai montis. Est autem distantia milli. passi. circiter xc. Hoc uoluimus non præterire, ne nobis intendatur locus Apostoli ad Galathas. Sina mons est in Arabia, confinis ęst autem ei quæ nunc uocatur Ierusalem. Nempe Arabia est confinis Iudææ, & per Iudæam ipsi Ierusalem. Deinde ad eandem figuram sermonis. Mons Sina propter Arabiam: cuius pars est: confinis est Iudææ, & per hanc ipsi Ierusalem, Sit quæ omnino, quod proprium est regionibus Arabicæ & Iu-

dææ translatum ad ſingularia loca: Sinai montem & Ieruſa-
lem quæ intus ſunt: ut attigua dicantur.

Populus Iſrael ſedit toto prope biennio ad montem Sina, ſub hoc tempore Moſes conſtruxit tabernaculũ. Inſtituit leges quæ ad religionem,& quæ ad ciuilem ſtatum ſpectabant. Caſtrametationem quoq; ordinauit,quam Ioſephus qualis fuerit deſcribit, Figentes caſtra,inquit, Tabernaculum in medio ſtatuebant,& ternæ tribus per latera ſingula tabernaculi commanebant,& plateas per medium habebant. Eratq; ornatus tanquam rerũ uenaliũ forũ,ſingulis in ordinem inſtitutis, & opifices artium ſingularum in ſtationib. erant. Nulliq; alij loco q̃ ciuitati cõpetenter ędificatę & collocatę ſimilis erat. Et quidem,quę circa tabernaculum erant,tenebant ſacerdotes,deinde cuncta leuitæ. Cumq; tabernaculũ moueretur, tuba priore ſonante, qui habitabant ad orientalem tabernaculi partem, ſurgebant. Cum uero ſecunda ſonuiſſet, qui ad auſtrum reſidebant,parabantur. Et ita in thecam inuoluta tabernaculi medietas pręcœdentibus ſex tribubus portabatur. Et alia medietas ſequentib. vi. Hæc Ioſephus. Eum ordinem in profectionib. ſeruatum, tabernaculũ autem omnib. manſionibus erectum fuiſſe nequaquam intelligere debemus, ſed his locis ubi ſtatiua habuerunt,ut apud Chaſmona & Sin,& in Sittim.

Diſpoſitio caſtrorum apud tabulas requiratur.

Conſtituamus etiam ambitũ caſtrorum. Polybius de metatione caſtrorum Romanorum. Quatuor legionib. id eſt circiter xxiiij. m. militum fuiſſe ambitũ ſcribit ſtadiorum xx. Sed erat eius ambitus dimidia prope pars nuda tabernaculis, partim ob ſpacium cc. pedũ quod omni parte erat relictum inter tentoria et extremũ uallum,partim q̧ latus oppoſitum ei quo legiones locabantur dimidiũ erat non inſeſſum, ut locus eſſet quo legati gentiũ,et auxilia forte ſuperuenientia acciperentur, ut ergo area ambitus ſtadiorũ xx. capax fuerit xl. circiter m. Filiorũ autem Iſrael copię in miliciã ſcriptę erant Dc.m. Horũ nulli nõ uxores habebãt,& plures propius more maiorũ q̃ ſingulas. Nulli nõ coronã liberorũ,quoniã fœlicitatẽ domus in nu-

in numerosa sobole collocabant. Nullis non supererant parentes & aui, q cursu naturæ homines tunc annosi habebantur. Ea omnium copia ut leuiter collecta crescit in numerum decies octies centenum m. quæ si ducantur in xx. stadia, & summa diuidatur per xliij. m. efficit ambitus castrorum stadia Dccccxxxvij. scœnos autem circiter xx. Latus unũ scœnos v. Datis nunc statiuis castrorum, uolens ponere in oculos ambitum, is accipiet per circinum sexagesimas ix. unius laterum.a. b. uel. c.d. Cum ea æquilatatione faciat iiij. signa dextrũ, sinistrũ, superius et inferius ex medio signo castrorũ, per ea ducat rectas, & secundum summas earũ sectiones compleat quadratum. Hæc est comprehensio castrorum. Præterea adherebant his alia tanquam minora castra cum pro caulis gregum, tum Aegyptiorum promiscua plebe quæ Hebræorum fortunam sequebatur, et in societatem castrorum, hoc est Ius ciuium, nõ admittebatur. Innumera deniq turba quę quotidianis inquinationibus immunda habita castris excludebatur. Quem tantum uigorem animi in Moseh fuisse credimus, qui tam late fusam rempu. & male obsequentem, continere in religione & omni ciuili instituto potuit?

Etiam considerare libet, quid intersit inter tralationes. Pagninus uerba Moseh ad Chobab socerũ ita reddit. Ne queso derelinquas nos, Quia iccirco nosti q dum maneremus in deserto, fuisti nobis pro oculis. Significans q ægeret in posterum quoq soceri consilio. Vetus traductio ita. Tu enim nosti, in quib. locis per desertũ castra ponere debeamus, et eris ductor noster. Locum hunc quis explicabit rogo? Quando nubes pręmonstraret locum castrorũ. Et nubes & ignis ductores & excubitores essent per dies et noctes? Aut quomodo Chobab exploratius ipso Moseh tenebat itinera per desertum? Ergo Chobab & non Moseh sequutus greges erat, & deserta peragrarat? Siue q Moseh causa gregum pascendorum desertum quaqua uersum non explorasset, non potuit sub xl. annorum cohabitatione nosse eadẽ quę socer de locorũ conditione? Clarum hoc exemplum, q sit ridenda diligentia qui in peregrinis

libris in Latinum non bene uersis serio Philosophantur, torquentq́ꝫ se, inferentes, uel sic, uel sic locum intelligas.

Paran deserti, Paran oppidum 62 50 30 8

Trans Arabiam procul ab Euila trium dierum itinere.

Thabberah id est Incensio, Locus extremus castrorum apud statiua in Paran. Extrema illa castrorum intelligo metationē extra uallum magnorum castrorū, quæ erant designata promiscuæ plebi Aegyptiorum, quæ præcipue flagrabat desiderio carnium. Existimandum est ibi incendium sęuisse ubi erat origo querelæ contra deum.

Chibroth Hattahauah, id est sepulchra concupiscentiæ, dicta eadem statio castrorum apud Paran. Q. ibi populus pręfocatus saturitate carnium mortuus fuit.

Chaseroth 62 50 30 12

Dicta in Deutero. Chaserim, hoc loco Miriam & Aharon obiurgarunt ipsum Moseh pro cōtinentia ad uxorem, quam uocant Aethyopissā. Nam accolas rubri maris ita uocari alijs locis scripturæ deprehendimus, & apud Hieronymum reperiamus ut dicat locum quempiam trans Arabiam.

Hauuim gens habitabat in Chaserim usqꝫ Hazzah. Est hæc autem alia ab ea quæ Chiuui & Chiuuæus in Iehosuah uocatur, terrę Chenahan. Inde amandati fuerunt exploratores qui tandē reuersi sunt populo habente statiua apud Chasmonah. Sed quid istud ꝙ Moseh libro Numeri scribit, Missos exploratores ex Chaserim & dei mandato. In Deut. ex Cades Barneah & populi postulatione? An populus in castris ad Chaseroth exploratores mitti postulauit, & Moseh rei arbitrium ad deum: ut omnia: retulit? An legatorū profectio decreta quidem ad castra in Chaseroth fuit, dilata autem vij. diebus, quibus inde ad Chasmonah uenerunt, & eo tandem loco missionem legatorū flagitauit? Hoc credibilius fit, Non enim principes uiri ueredariorū more ad primum statim decretum proficisci ualuerunt, sed hos paucos dies extraxerunt quib. colligerent pariter domesticas res, & alias quib. opus in profectionem erat.

Hauuim

Hauuim qui habitabant in Chaſerim uſq; Hazzah, Caphthorim: qui egreſſi ſunt de Caphthor: perdiderunt eos, & habitauerunt loco ipſorum. Vulgata traductio ſic habet. Euæos quoq; qui habitabant in Aſerim uſq; Gazam Cappadoces expulerunt, qui egreſſi de Cappadocia deleuerunt eos & habitauerũt pro illis. Vbi interpres Chaphthorim Capadoces tranſtulit ex lectione lxx. Horum quidem ut eſt grauiſſima authoritas, ita habet tamen is locus iuſtam queſtionem, utrũ Caphthorim ſint ijdem Capadoces. Nam quomodo potuit Moſch ſub deriuatione gentiũ duos populos, Philiſtim & Caphthorim: hoceſt ut lxx. traduxerunt Cappadoces ſitu diuerſiſſimas, & ſeſe nulla ſucceſſione contingentes: nouo exemplo, præterq; q̃ in alijs ſolitus fuit componere, tanquam affines & unius ſtyrpis? At uero Miſraim genuit Ludim, & Hanamim & Behabim, et Naphthuchim et Pathruſim, & Casluchim de quib. egreſſi ſunt Peliſtim & Caphthorim. Neq; q Hieronymus vulgatam lectionem probarit, facere fidem poſſumus. Nam ſuo cõmentario Hebraicorũ locorũ uocem Cappadoces reliquit, & ſcripſit Caphthorim. Ioſephus quoq; Cappadoces interpretatur qui in Geneſi Meſech dicuntur, & à Iepheth deſcendũt, Chaphthorim autem gens è Cham, ſed linquamus iſtud utrũ Meſech recte Cappadoces uocentur, quod ipſum & Ioſephus tenui coniectura cõſequutus fuit. Conſideremus autem locorum: quæ utriuſq; fratris poſteritas poſſedit: ſucceſſionem, Inquit Moſeh, Filij Iepheth ſunt Ghomer, Maghoh, Madai, Iauan Tubal, Meſech, et Tiras. Filij uero Ghomer ſunt Aſchenaz Riphath & Togharmah. Filij Iauan ſunt Eliſa Tharſis, Chittim, & Dodamin. Ab his ſunt dilatatæ inſulæ gentium, in regionibus ſuis ſecundum linguam ſuam, Familias & populos. Harum gentium & regionũ, ſicut non poteſt certa indicatura fieri per ſingulas, ſic aliquarum nõ eſt obſcura. Gomoritæ ſunt circa Euxinum mare, dicti ſequenti ætate Paphlagones & Galathæ. Maghoh uero multo teſtatius ſunt Scythę, Tharſis Cilices, Chittim Cyprus, Madai Medi, Ex quarũ gentium ſitu, etiã reliquas obſcuriores, & in priorũ

ordine & styrpe commemoratas, sitas esse propinquis locis ar bitramur. Qualesq; per Asiæ longitudinem usq; ad Iones, per latitudinem autem à Tauro monte & Syria Boream uersus tendunt, In quo tractu Cappadociam comprehendi nouimus, ita ut hæc quoq; sua exordia referat in Iepheth. Prosequitur Moseh. Filij Cham sunt Chus, Misraim, Puth, & Chenahan. Porro Chus genuit Nimrod. Misraim genuit Ludim, Hanamim, Behabim, Naphthuchim, Pathrusim & Chasluchim, à quib. uenerunt Pelistim & Caphthorim. Harum quoq; gentiũ indicatura aliqua est. Chu sæi sunt Aethyopes, Misraim Aegyptij, Puth Libes, Chenahan Cœlesyri, Pelistim suo nomine manserunt. Etiam hic existimandum est reliquas eius census ignotas gentes queri in priorum uicinia oportere, ita sicut posteritas Cham regiones obtinuisse dicitur à Mesopotamia ad Africã, & per latum ad Aethyopes, in qua cõprehensione gens Caphthorim certo locata creditur, neq; ea rursus uago quocunq; situ, sed propinquo Pelistim, sicut cũ ea coniunctim memoratur. Philisteæ uero ab oriente Mesopotamia, ab occidente Misraim obiacent. Inde constat gentem Caphthorim querendam esse medio situ inter Persicum & Arabicum sinum. Hoc uero est confessum historiæ, et est eius testis Strabo libro xvi. Phœnicum: qui in Syria sunt: aborigenes habitare loca Persici sinus, extareq; eo mari insulas ijsdem quibus in Phœnicia Syriæ nominib. extare utrinq; templa eãdem forma. Inde ergo egressi Phœnices transire debuerunt pro itinerum ratione loca inter Hazarim & Gazam sita. Probabile est, pro notis alijs exemplis transmigrationis gentiũ, neq; hos transijsse medias regiones præter mortalium cœdem, & locorum uastitatem, sed uel prædę cupiditate uel armis prouocatos: q; à transitu prohiberentur: expugnasse Hauuim gentem. Etiam Iosephus Edomæam superiorem statuit in tractu Arabiæ Petreæ usq; mare rubrum. Et quamuis Edomæam eandem putet, atq; ita interpretetẽ, quasi ab Esau: qui Edom dictus à ruffa pulte fuit: uocabulum accœperit, tamen error scriptoris ex historia sacra conuincitur, quoniam deus

deus Edomæam superiorem, id est Amalachiten excindi non semel iussit per Hebræos. Eam autem per montana Sehir: & Edomæa uulgatiore nomine uocatur: tanquam legitimam hereditatem Esau tentari armis neque leuiter permisit. Ob id Edomæos superiores neque consanguineos Hebræorum esse, neque à pulte ruffa, sed à mari rubro dictos Edomæos recte arbitramur contra Iosephum, sic ut denique græca historia eosdem uocat Edomæos & Phœnices. Ergo colligimus tandem rem in compendium. Quia Edomæi ijdem qui loca tenuerunt quæ Hauuim gens circa Hasserim & Gazam, & hanc gens Caphthorim exterminauit, existimandum esse Caphthorim haberi eosdem Edom & Phœnices, & eos communiter haberi qui in historia accolæ Persici sinus uel omnino rubri maris scribuntur, atque in Syriam Colonias deduxerunt. Hæc ego super moto loco Deuteronomij dissteruerim, nihil ipse definiens commonens tamē lectorem, ne Cappadocem pro Caphthorim securius admittat.

Rithma, Rimmon peres, Libna, Rissah, Cheleloth.
Sepher mons 62 56 30 56
Cheradah, Macheloth, Tachath, Tarach,
Mithchah, Casmonah.

Tribus diebus uenerunt à monte Sina in Paran. Hinc uno in Chaseroth manent dies reliqui vij. profectionis ex xi. His vij diebus transierunt loca xi. Quæ non tanquam singulas mansiones, sed aliquot ex his transitus & diuersiones accipere debemus. Non enim opinari conuenit quod totos dies profecti sine requie sint, neque quod itinera tanquam ad lineam recta ubique fuerint, sed ut in aspera solitudine diuersiones subinde inciderūt, quare ex qualitate itineris facile occurrerint loca plura pro mansionibus distributis ad numerū dierum.

Emoræus mons: Terribilis solitudo inquit Moseh: extenditur inter Sina montem & Sehir apud Chasmonam.

Nigri montes, qui Emoræus, sic dicti in græca historia.

Chorma locus inter Chasmonam & Cades Barneam. Cum is quo Israel deo inuito pugnans cæsus à Chanahanæo fuit,

apud Chaſmonam. Tum alius tractus ille totus oppidorum & villarum, regis Arath, quæ omnia capta et incenſa populus Iſrael deo uouit & anathemati ſubiecit.

Beeroth	62	50	31	18

Filij Iſrael ꝓfecti ſunt de Beeroth Bene Iahachõ in Moſeroth

Moſeroth	62	38	31	2

Manſio prima, profectionis à Chaſmona, uiæ in ſolitudinem mare rubrum uerſus.

Ghidghad mons	62	30	30	50

Alia lectio ſic habet. Ex Beeroth ꝓfecti ſunt in Ghudghodah Vetus traductio latina habet, Gadgad.

Iothbathah	62	25	30	50

Ita in Deuteronomio. Et de Ghudghodah in Iothbath in terram torrentium aquarum. Credimus Iſraelem hic diutius ſediſſe ſub ſpacio xxx. annorum propter ſalubritatem loci et cõmoditatem ex copia aquarum.

Habronah	65		31	
Heſionghaber	65	10	31	6

Elath prope Heſionghaber ad ſeptemtrionalem plagã ad Cades Barneã, de quo in Deutero. Et tranſiuimus à fratrib. noſtris filijs Heſau, qui habitabant in Sehir à uia ſolitudinis ab Elath et ab Heſionghaber, et uertimus nos, et tranſiuimus per uiam deſerti Moab.

Sin deſertum	65	20	31	16

Quod eſt Cades. In Sin fuit metatum tabernaculum. Media autem extenſio caſtrorum peruenit ad

Cades Barneam	65	22	31	29

Superiores manſiones à Chaſmona uſq; in Sin cõmuni nomine uocantur deſerti Cades. In aliqua harum manſionum facta eſt ſeditio Chore cõtra Moſen et Aharon, quæ tempore multo durauit, & qualem neq; apud Græcos neq; apud Barbaros factam audiuimus: inquit Ioſephus: Eas autem manſiones ſex non peragrarunt: quod arbitramur: continua profectione, ſic ut illas à Sina monte ad Chaſmonã, ita ꝙ ad Sin et Cades barneam totos annos xxxviij deſediſſent. Verũ, quod ex lectiõe

Moſeh

Moſeh deprehendere licet, ſub fine illius temporis uenerunt ad Cades barneã, diutiſſime quoq; manſerũt apud Iothbathah ubi commoditas erat torrentium aquarum. Ita enim habet Deuter, Et circuiuimus montem Schir multo tempore, dixit q; dominus ad me, ſufficit uobis circuire mõtem iſtum, ite cõtra aquilonem, adeo in memoratis manſionib. ſingulis plures annos ſederunt, ſic ut ſingularum cõmoditas toleraſſet. Hoc deniq; exigebat con ditio caſtrorum, quorum odor ingraueſcens mutationem ſub tot annis poſtulabat.

Mariboth, id eſt: ut Aquila interpretatur: Lites. Vt Symmachus Iurgia uel cõtradictiones. Locus caſtrorum Sin ubi aqua ex Petra educta fuit.

Miriam ſoror Moſeh his caſtris mortua eſt anno quadrageſimo migrationis ex Aegypto.

Hor mons	65	30	31	12

In extremo terræ Edom lateris auſtralioris montiũ Schir iuxta Petram ciuitatem.

Miſaida pars montis Hor, quo Aharon cõſcendens mortuus eſt, anno xxxx. migrationis ex Aegypto, menſe Auguſto.

Petra regia Arabum.	65	30	31	18

Dicta Sela & Arachen, à rege Arach fundatore, à Chaldæis Recem, ab Hebræis Iaktheel. Munita eſt circũ montib. inacceſſis, & plurimo deſerto. Intus eſt ſita ciuitas in loco plano conuallis patentis paulo minus duob. m. paſſ. fluuio interfluente. Diſtat circiter quatridui itinere à Ierichunte.

Huic profectioni ab hoc mõte, Moſeh hiſtoriam ingerit neq; hoc tempore neq; loco factam. Ita habet liber Numerorũ, Et audiuit Chenahanæus rex Harad habitans in meridie: nempe terræ Chenahan: q; ueniſſet Iſrael per uiam exploratorum, & pugnauit cum Iſrael, & prædatus eſt ex eo prędam. Et uouit Iſrael uotũ domino & dixit, ſi tradendo tradideris populũ iſtũ in manu mea perdam urbem eorum. Et audiuit dominus uocem Iſrael, & dedit Chenahanęũ, et perdidit eos et urbes eorũ & uocauit nomen loci Chormah. Et ſequenti loco, Et audiuit rex Chenahanęus rex Harad, qui habitabat in meridie in terra

Chenahan quando uenerunt filij Israel. Sed & in Deutero. facit eius mentionem à morte Aharon. Rogo, Quo loco & tempore legitur uenisse Israel per uiam exploratorũ? Hic ubi in Chasmonah uenit, sed quod inde repulsus propter rebellionẽ fuit diuino imperio, & abire iussus ad interius desertum neque postea ad Chanahanæi montana accessit, etiam ab Edomæis prohibitus, quo hic etiam loco & tempore contra Chanahanæum pugnare potuit uictor? Nullo. Ergo tunc ab infœlici pugna, posteaque quam posuit uoluntatem terræ suo arbitrio capiendæ, & Deo in reliqua concessit, hic continenti calore pugnæ, et cladis ulciscendæ rursus pugnauit uictor, et destruxit urbes, & regioni uastatæ nomen dedit Chorma. Sed quo consilio tam aliena loca, tamque sera repetitio? Videlicet eo, quod ab illa periodo uiarum apud Chasmonah teneat continuata itinera per Cades Barneam in sequentia loca, quæ Hebræis restabant, ita alia & loca & tẽpora quæ per occasionem, directã profectionem extraxerunt, per Anacephaleosin oblitterauit.

Salmonah 65 26 31 12

Eo loco sunt serpentes immissi populo propter indignationẽ contra Deum, quorum uirus siti et ardore corpora cõficiebat.

Punon 66 6 31 12

Metallum: inquit Hieronymus: quondam ciuitas principum Edom, nunc uiculus inter Petram & Zoaram, ubi æris metalla supplitijs damnatorum effodiebantur.

Oboth 66 20 31 12

Credam esse quam Iosephus uocat Gobotham petram, Sed uidetur eam locare sub Sur desertum.

Hijm hahabarim 66 32 31 18

Id est Cumuli deserti. Tendũtur autem inde usque ad Ghilhad montem, è regione Ierichuntis, in quib. Moabitis comprehẽsa fuit. Propterea Hebræis fuit profectio extra hos montes ad orientales partes, quoniam prohibiti erant diuinitus ne armis lacesserent Moabitas.

Zered torrens, Et uallis 66 22 31 20

Fontes sunt intra mõtes hahabarim. Non enim filij Israel scribuntur transijsse torrentem.

Dibon Ghad 66 28 31 32

Diuersa ab ea commemorata in tribu Ghad, quod conuincit ratio profectionum.

Halmon Diblathaimah ciuitas Moab 66 28 31 22

Chedemoth solitudo 66 56 32

Beer putens 66 50 32

Mathanah solitudo 66 26 32

Nachaliel 66 20 32

Bamoth uallis 66 30 32

Moabitis regio conuincit esse uallem extra Arnonem. Commemorata est et in tribu Ruben, uidelicet ꝙ ea tribus tenuerit loca ultra etiā Arnonem ad Chedemoth usq; solitudinē, nam & tribus Iuda tenuit Sin & Cades Barneā loca montiū Sehir, eo iure ꝙ ea semel castris insedisset, sicut ꝙ id sa eret oraculo accepit. Omnem locum quem calcauerit uestigium pedis uestri uobis tradidi sicut loquutus sum Mosi.

Madian urbs 66 30 31 55

Super fluuio Arnone limitanea ciuitas Moabitarum sicut legimus libro Numer. Quod cū audisset Balach egressus est in occursum eius: nempe Balaam: in extremis finib. Arnon, uidelicet. illuc diuertit, unde erant missi legati. Sequitur, Mane autem facto duxit eum ad excelsa Bahal: qui locus est uallis Bamoth: & intuitus est extremā partē populi: nempe tribuū Ruben Simhon et Ghad castrametantiū ad plagā australē. Magna uarietas est enumerationis mansionum duobus locis libri Numerorum, & uno Deuter.

Q. si his subest ex sententia Mosis interpretatio quędā ad allegoriam siue moralem sensum ad qualem eas Hiero. adduxit Et est secundū earum remotiorem intellectū uia ad fœlicitatē Christianam, nō debuerit Moses alias alijs locis et pręterijsse et meminisse, sed ꝙ is ea in re nequaquam attentus fuit, sequit̄ illas interpretationes esse humana argutiæ susceptas, nihilq; habere constantię scripturarum diuinarū, superesse autem in uniuersum aliā rationem tractandi scripturas pro earū germano sensu, q̄ est qualis hactenus in usu fuit Origene magistro.

LOCA ALIA ARABIAE commemorata extra manſiones.

PATAMI Arabes ad ſeptentrionales partes Arabiæ fœlicis.

Moabitæ Arabes habitant montes Hahabarim ſecundũ orientalem tractum Aſphaltitis, ut ſcribitur libro Iudicum, Et circuiuit Iſrael terram Edom, & terram Moab, uenitq; ab ortu Solis terræ Moab, & caſtrametati ſunt trans Arnon, nec intrauerunt terminum Moab. uidelicet, Tenuerunt Palmyrenas ſolitudines.

Hamalech gens. & Hamalechitis regio inter Petram urbẽ & Aegyptum, ut legitur primo Regum, Hi enim inhabitabant terram quæ fuit à ſeculo ingrediente te Sur, uſq; ad terram Aegypti.

Sicimitæ Arabes, ſub Hamalechiti, circa Madian urbem, & Euilam ad mare rubrum. Deſcendit hæc à Chobab ſocero Moſis.

Cinei Arabes ijdem Sicimitæ.

Cedar regio Saracenorum in heremo ſic dicta à filio Iſmaelis. Ab hac gente ducitur ſimilitudo in Cantico Solomonis, Formoſa ſum ſicut tabernacula Cedar. Vnde licet conijcere, Arabes uſos fuiſſe tentorijs uerſicoloribus ex precioſa textura ad luxum & opum oſtentationem. Dictos credam à Plinio Cedrgos circa Sur deſertũ. Id eſt ad partes auſtrales Caſij mõtis.

Hecabanes. Et, Esbonitæ Arabes ſcenitarũ obtinent per paruas quaſdã potentias in ſterilib. locis propter aquarũ inopiã. Agriculturam nihil aut parum exercent. Paſcua uero omnis generis pecudum, præſertim Camelorũ, optima habent. Vbi tamen Syriam contingunt tellurem feracem habent.

Diſahab	65	3/3	31	2/3

Hoc eſt auri abundantia. Locus deſerti in ambitu Punon metalli, inter Petram et Zoharã. Tophel. Laban. Fit horũ mentio in principio Deuter. Hęc ſunt uerba quę loquutus eſt Moſeh ad omnẽ Iſrael, In tranſitu Iordanis, In ſolitudine cãpeſtri,

circa

circa mare rubrum, inter Pharan, & Thophel, & Laban, & Hazeroth, & auri abundantiam. Quasi dicat. Hæc sunt instituta quib. Moseh docuit populnm locis omnibus deserti quib. cōmoratus fuit. Adeo contiones Deuter. nō uidentur vnius loci & temporis. Q, ꝙ in easdem adhortationes tocies uenit, non debebit imperitiæ tractandi sermonis imputari ab his qui illas perpetuo contextu, & in unum librum Deutero. congestas legunt. Qui, si has in omnia loca quib. castrorum statiua fuerunt, & in totum annorum xxxviij. tempus distribuat, nouas omnes, & minime inculcatas iudicabit.

Gemela regio Edomæę apud Soharā. Interpretaẗ uallis salis.

Gebalena regio Edomæę iuxta urbem Petram.

Mabsar uicus grandis Gebalenę, pertinens ad urbem Petrā.

Theman. 65 36 31 21

Ciuitas montium Sehir, regia principum Edom. Gebalenæ regionis, procul à Petra urbe m.p.v. Illhic fuerat positum prę sidium militum Romanorum.

Auuith. Gethaim uicinæ Theman.

Choræi, et Horitæ styrpis gigantū montiū Sehir habitantes usq; ad cāpestria deserti Parā, quam posteritas Loth deleuit.

Zoopon regio circa Petram urbem.

Hallus. Gobolitis, regiones Edomæę.

Ietheth regio Gebalenæ.

Colchiel metallum 65 22 31 18

Procul xi.m. à Cata chrysea siue Disahab.

Choronaim uia in Edom. Irmeiahu. A Sohar usq; Choronaim, dederunt uocem suam.

Luchit 65 50 31 30

Inter Petram & Sohar. Iesaiahu. Qui in ascensu Luchit ascendit in eam, quia in uia Choronaim clamorem suscitabunt. Fuit hæc uia etiam plęna periculi propter latrocinia.

Dedan 66 6 31 20

Dicta & Dodanim, in qr. milliario à Punon metallo contra aquilonem cōmemorata Irmeiahu & Iechezchel prophetis.

Nabath ciuitas Arabum Nabathæorum. Putandum est ꝙ

ſit Petra Nabathæa.
Dinhabah ciuitas Edomæę.
Gheſuri regio Hamalech deſerti Sur, unde Dauid ægit prædas, de qua et in Iehoſuah. Iſta eſt terra, Omnes limites Peliſtinorum, et omnis Gheſuri a Nilo uſq; ad terminum Hecron.
Harab in Iechezchel. Et uniuerſi principes Chedar. Et ſecundo Paral. Harabes, qui erant iuxta terminum æthyopum. Indicās eos qui ſunt Aegypti inter ſinum Arabicum et Nilum.
Heman locus in Edom. Videndum eſt, ne ſit Theman.
Hen Miſpah. Fons Cades, de quo in Iudah dictum eſt quem Agar Abrahæ concubina dedicauit.
Aholibah. Aholab ciuitates Edomæę.
Beeroth. Filij Iſrael profecti ſunt de Beeroth filiorū Iahchan, in Moſeroh. Fuerit deſerti Paran locus inter ſepulchra concupiſcentiæ & Moſeroh.
Boſrah. Ieſahiahu, Quis eſt iſte qui uenit de Edom, rubras ueſtes habens de Boſrah? Et in Irmeiahu, Expandet alas ſuas ſuper Boſrah, et erit cor fortium Edom.
Magdiel locus regionis Gebalenes.
Mehunim ciuitas, uidetur Harabum commemorata ſecundo Paralip.
Monlingon ciuitas Arabiæ. Nabaloth. Oriblo.
Rechoboth. Ribdaluſa, ciuitates Arabię cōmēoratę Ioſepho
Dimon ciuitas iuxta Areopolim.
Hair et Har, Innititur termino Moab. in Deuterono. Ne oppugnes Moab. Sequit̃, Filijs em̃ Loth dedi Har hereditatē.
Hai. Irmeiahu. Vlula Chesbon, quia uaſtata eſt Hai, clamate uillæ Rabbath. Videtur eſſe ciuitas Hammonitis.
Charchar regia. 66 26 32 12
Locus trans Iordanem procul unius diei itinere ab Areopoli. Inde erant Zebach & Salmunnah reges Midian quos Ghidhon bello ſuperatos occidit.
Zeb regia. 66 53 32 17
Hammanitis in xv. lapide Philadelphiæ. Inde etiam fuerant hoſtes quos Ghidhon occidit.

Macha-

Machanarath, urbs terminus urbis Philadelphiæ.
Hammanitæ Arabes. Posteritas Loth. In Deuterono. Tu transis hodie terminum Moab Har, & accedes è regione filiorum Hammon. Videlicet, Hammoniten linquebant à dextris ubi Philadelphia est.

Achie, & Achalgai 66 2'6 31 5'2

Vicus ad australem plagam Areopolis procul viij m.
Baith locus in Moab. Fit eius mentio in Iesahiahu
Beerleam & Eghlaim ciuitas Moab. Facit eius mentionem Iesahiahu. Quia circuiuit clamor terminum Moab usq; ad Eglaim ululatus eius, & Beerleim ululatus eius.
Bethghamul ciuitas Moab. Eius facit mentionem Irmeiahu.
Bethmehon ciuitas Moab commemorata ab Irmeiahu.
Carmel, locus in Moab. Facit eius mentionem Isahiahu:
Chircares. Id est paries cocti lateris. Videntur Prophetæ Isahiahu, & Irmeiahu minari ipsi Moab ruinam omnium à claris ædificijs usq; ad parietem cocti lateris.
Masphah locus. Moab, ubi Dauid exul deposuit necessitudines suas.
Hammonim regio. Secundo Paralip. Venerunt filij Moab, & filij Hammon, & cum eis de Hammonim contra Ieho saphath. Et ecce sunt in Chasesontamar. Videntur transmisisse nauigio lacum Asphaltiten..
Suam ciuitas Moab. Facit eius mentionem Iechezchel.

S C H

O N

D I

A

Zieglerus

TAIQ Q B FIZ T B G E E R T LANDAVI BAVARI IN SCHONDIAM PRAEFATIO.


C. PLINIVS, Ingressurus naturalis historiæ partem quę de Geographia est, prçfatus fuit, se in situ locorum tradendo, sequi auctores qui ijsdem locis uel nati uel plurimum uersati essent. Vere arbitratus, hinc primã peti fidem oportere Geographiæ scribendæ. Ego qui de locis Septentrionalibus: ueteri historiæ incognitis, immo damnatis potius huius sententia ab humana habitatione: cõmentarium æditurus sum, atq; ita, ut illa loca non solum nõ damnata, uel habita etiam iniquius, sed magis rebus his: unde regiones beatæ dicuntur: affluentia sim ostensurus, ut hæc plæna fide apud auditorem reponam, necessario quoq; præfabor, quibus auctoribus constet susceptum opus. Romæ dum essem fuerunt in urbe continuo tempore duo Archiepiscopi Nidrosienses regni Norduegiæ, prior quidem gente Danus. Quo uero tempore rex Christiernus dominatione excidit, is etiam declinans domesticas turbas Romam sub Adriano sexto uenit. Videbatur autem multa super domesticis rebus constituere ex Pontificis authoritate uelle, uerum moritur rebus infectis senex quidem uenerabilis, & qui ipso oris habitu sereniore testaretur animi innocentiam. Huius morte domi comperta, Collegæ ecclesiæ illius, habitis suffragijs, eligunt ex suo ordine Episcopum Olauum, gente Norduegum. Is ueritus ne uicium obijceret electioni, quia prior decesserat in urbe, & electio spectare ad Pontificem forte uidebatur, ea causa ne quis litem faceret sibi & Collegio, Romam uenit cum Adrianus sextus etiã decessisset uita, & patres in Comitium coacti essent, noui Pontificis creandi causa, sub hoc tempore cum & iusticium in urbe, & Archiepiscopo designato ociũ foret, conueni frequenter eum & didici reliqua Norduegiæ quanta tradi ab uno potuerunt. Gothiam uero, Sueciamq; et Finlandiam, supraq; has ad Boream Laponiam extensam, sed etiam Gronlandię Chersonessum et insulam Tylen accœpi à Reuerendis episcopis, Ioanne

Magno Vpsaliensi, & Petro Aorosiensi Gothis, tunc in urbe priuatis amicis, & mecum coniunctissime conuersatis, & quidem Vpsaliensis in commentario Schondiæ scribendæ antea fuerat, permiseratq; id censuræ nostræ, cui ego considerans deesse longitudinum latitudinumq; radices, eas addidi ex habita ratione inclinationum & distanciarum unius cuiuslibet loci ad quenq; proximum, sic ut diuersiones uiarum minimũ detrimenti facerent distãcijs rectis. Ita uno in opere mutuam lucubrationem adiuuimus. Hos ego et ex eiusmodi occasionib. oblatos mihi habeo auctores operis instituti, quales alijs & locis & populis nouis non puto fuisse æq; fide & authoritate prestantes.

SCHONDIA


SCHONDIAM Quam descripturi sumus, Tabulę aliquę situs germaniæ particulares. Schōdenmarchiam siue Schondaniam, id est, amœnam Daniā uocarunt. Plinius aliquo loco Scandiam, alio rursus Scandinauiam: Si fides tamen exemplaribus est: nominauit. Sed mansit illi Schōdiæ nomen, quod amœnitatem ut dixi siue: ut uerbum reddam: pulchritudinem significat, quoniam cœli beneficio, telluris obsequio, Portuum & Emporiorum commoditate, maritimis opibus, lacuum & fluminum piscatione, uenatione nobilium ferarum, auri, argēti, aeris et plumbi, in exhaustis uenis, coloni industria agro exercendo, oppidorū frequētia, ciuilibus institutis, nulli cœdit beatę regioni. Q, si cōmentariū hoc, sicq; adiecta pictura minus implere præsentem laudem forsan uidebūtur, hoc nobis imputari non Schondiæ debebit. Nos enim ut rerum: quantę descriptæ sunt: fidem exhibemus, sic operis absoluti expectatione sumus inferiores. Hæc enim terrarum comprehensio latissima est, & ipsa etiam frequentia impedita, adeoq; supra hominis unius ætatem & uires sed si secundus tantundem addiderit, & tertius. Sicq; per plures procedat inuestigatio, perficietur opus par nobilitati rerum.

SCHONDIAM, Veteres latini & græci fere incognitam habuerunt, argumento eſt, ꝙ iſthic terrarum Zonam frigidam perpetuis damnatam niuibus, omnisq; animantis impatientem dixerunt magno conſenſu. Pauci modo eius mentionem tanquã habitatę fecerunt. Inter quos Plinius, Quarũ clariſſ. inquit libro quarto: Schondania eſt incompertæ magnitudinis, portione tantum eius: quod ſit notum: Hilleuionum gente quingentos incolente pagos, quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Nec eſt minor opinione Eningia. Alij Plinio etiam antiquiores fortunatas terras et homines Macrobios atq; omnium iuſtiſſimos mortaliũ ſub hoc terrarum tractu poſuerunt, & unde ueniſſe uirgines ferunt ſolenni religione cum uotiuis donis Delphos, & gentem cuſtodijſſe inſtitutum hoc donec uirgines habitæ inter hoſpitas terras ludibrio atq; uiolatę forent. Clariſſima hæc teſtimonia ſunt ex tanta antiquitate, cum magnitudinis & frequentiæ, Schondiæ, tum probatiſſimæ uitę gentis, ſed obſcura, nec poſtea quamuis Gothi hæc loca egreſſi, Meotidis & Euxini maris littora imperio tenerent, Datiam: cuius portio cẽſetur quæ hodie transſiluania eſt: Ripamq; Danubij inſediſſent, potentiam Imperij Romani inuaſiſſent, ſatis cogniti fuerunt, unde eſſent oriundi. Ita ueteres, pars parum idonei ſunt teſtimonio reddẽdo narrationi noſtræ. Pars qui eam ad terrã non habitatam excluſerunt, etiam ſunt manifeſte cõuincendi, ne illorũ authoritas admiſſa ſecurius apud auditorem, opiniões faciat non conuenientes naturæ locorum.



Hunc


HVNC igitur sermonem ante alia tractamus, non uero ponimus ita ut ueteres in quæstionem, neq; à rationibus colligimus sententiam, nam his certior est historia, quod frigida habitatur. Sed istud agimus, ut à præsidijs uitæ arte humana procuratis, à phisicisq; & sphæralib. rebus consideratione deducta, ostendamus frigidam extra animantis perniciem habitari. Hic uero dequalitate æstatis quod aucta esse illhic possit priore loco dicemus. Ea caussa esto qui per uerticem & polos mundi uadit circulus A. B. C. D. & sit A. polus borealis et idem uertex loci subpolaris, manifestum est circulum super B. E. D. erectum, ipsiq; A. B. C. D. circulo Orthogonalem, haberi pro horizonte ei loco cuius est uertex in A. deniq; eundem esse pro æquatore, siquidem A. est polus mundi, sic isti loco subpolari est horizon idem qui æquator. Ex hac designatione hoc colligimus, ubi aliquod siderum vrj: Esto autem Sol à quo faciamus exemplum pro reliquis: Ergo ubi Sol per æquatorem ut B. E. D. continue ferretur illustraret inoffensa luce utrinq; apud A. & C. terras supolares. Deinde sicut lucem, sic reliquam uim suam: quantam à prouidentia super uegetalium & sensilium rerum seminibus animandis accepit: inferret terris præsentia corporis sui. Q. si tanto infirmius quantū ipse toto illo hemisphærio B. A. D. depressus incedit medio suo disco ęqualis terrę per huius marginem B. E. D. Tamen quod operatione tot seculis ab orbe condito nunquam quiescente affulsisset, superasset olim perpetuitate sua unde ætate sequenti rerum semina ad frugem peruenirent. Nunc uero prouidentia non contenta ostendisse Solem horizonte tenus terris extremis ad polos, sublimem etiā fecit, proptereaq; iussit hunc agere per cœlum cursum obliquū & late deflectere in austrum & boream mutatis uicibus ab æqualitate in B. E, D. secundum exemplum circuli qui & ipse in proposita designatione super F. E. G. recta intelligitur erectus & Orthogonalis ipsi A. B. C. D. circulo. Ex qua obliquitate omnes prouenirent terris commoditates



à cœlo quantæ sufficerent seminibus rerum & alendis & perficiendis, Sed non ego cuncta complectar, uerum pauca hæc quæ nostrę sunt assumptionis, Itaq; terris recedentibus à torrida in boream, his quibus Sol sublimior imminet, tantoq; torridior ut Affricæ, ijsdem sub diem breuius decurrit, ducitq; noctes prolixiores refrigeratioresq;,quę restituant damna passi uaporis. Quibus uero terris Sol humilior uenit tantoq; remissior ut Sarmatiæ, his sub diem prolixius decurrit, noctesq; ducit breuiores, & eas multum uaporis retinentes acti diei, qui uapor adiuuet operam diurnam. Comperta loquor: inquit Vpsaliensis: Noctes æstiuas sustinemus graues calore in Gothia quas Romæ sensimus refrigeratas. Hoc beneficium incrementi dierum, continue accrescit magis terris quo hæ longius ad septentriones abscedunt, nec cessat, donec eo uentum sit, ubi cardo mundi instat ad uerticem tanquam in A. signo, & Sol illic leuatur sub solsticio die gradibus circiter xxiiij. sicut secundum arcum B. F. Quo terrarum loco est unus continuus dies menses sex à uerno tempore per solsticium in cancro ad auctumnum. Itaq; Sol præter aliquã offensionem noctis sese infundit terris illis calore nunquam

inter-

intermisso, quare etiam facit ad eximium profectum æstates. Hoc fit à Sole exemplũ quod ad sex stellas uagas recte transferamus, & sentiamus, has quoq; nihil infirmius adesse ui sua terris extremis. Quibus deniq; prouidentia id tribuit ut limitem illum obliqui circuli late excederent in austrum & boream partibus sex, ut per arcum F. H. quo excessu prestant in reliquis Luna & Venus, tanquam secundum Solem magis necessariæ generabilibus rebus, ut quibus dispensant genita-



lem rorem, & fieri ergo præsentiores oportebat. Illo enim excessu hæc procurata sunt ut altius q̃ Sol incumbant à cœlo, secundum arcum B. H. partibus fere xxx. ob idq; propiores uertici A. fiant, & radiorum uim procliuius figant terræ in E. centro subiectæ.


N V N C iuuat etiam colligere aliqua coniectura quam prouectã calore æstatem illic esse putemus. Diximus q̃ sublimis Sol fiat terris subpolaribus sub solsticij die, totidẽ autem partib. leuat̃ sub bruma Romę. Hic uero media hieme Sol meridianus est perbenignus, ipse rosas et flores alios aromaticos,

quibus'q; est propterea Gariofilis nomen. Aliqua hieme decerpsi, decembri mense, nulla domi humana arte procuratos, uerum in apertis hortis sub apertissimo cœlo omnibus areolis uno Sole eliciente prouenientes. At similis benignitas non quinq; horarum spatio collecta est, siquidem præcessit nox algens, sic'q; per singulos dies hæc temperies extincta per iniuriam noctis sequentis, noua quotidie ad eundem modum coalescit. Q. si extra detrimenta noctis: id quod sub polis fit: hęc uis Solis urbani inoffense decurreret, & superior dies adijceret continua incrementa caloris sequenti, atq; hęc accessio per uenisset tandem ad brumam: per plures menses priores. Hac conditione proposita quispiam recte senserit brumam romanam, ut non auctiorem calore, sic certe parem futuram suo ipsius urbis ueri adulto. Ad hunc modum ex similitudine altitudinis solis sub loco utroq; , & ex comperta qualitate cœli romani, ex'q; accessione huic facta longissimi diei plurium mensium: qualis est sub loco altero: colligimus æstatem subpolarium locornm parem esse ueri romano adulto.

SED difficilior questio est ex tempore sex mensium quibus Sol eas terras relinquit, et abit per obliquum circulum austrum uersus ueluti in G. signum medię brumæ. Aiunt enim incidere sub id tempus horridas tenebras, noctes'q; inactuosas, quæ eripiant animanti facultatem querendi uictus. Incidere quin etiam frigus non tolerabile, quo ergo duplici malo constricta omnia emoriuntur, sit'q; nihil animantis superstes ex iniuria hiemis & inediæ quod sobolem æstate restituat, hac'q; causa esse illic Zonam frigidam perpetuo desertam. Ei etiam satisfacimus. Quod noctes attinet inactuosas, in quam, non conueniebat istud in rationem aliquam assummi. Non enim ut Sol occidit ita uenit repente atra nox, quin uespera substituit nobis diem in seram horam, postea diluculum refert splendorem diei tanto ante præueniens ortum, postea reliquum noctis quod crepuscula non reficiunt, reficit Luna, unde fit ut rara sit nox inactuosa. Hoc sit exemplum ex nostra

tem-

temperata compertum nobis, unde intelligamus conditionem noctis subpolaris. Ergo illhic etiam crepuscula subueniunt, nocti in lõgum tempus, quod denicꝫ pręsentius ostendemus. Confessum est Astronomis: & est eius ostensio non obscura, uerum non huius loci: Solem descendentem ab hemisphærio superno per xviij. parallelos subhorizontis, finem facere crepusculi, sic ut tandem succedat densa nox, eundem quocꝫ accedentem, sub ortu ipsi hemisphærio superno per totidem parallelos absummere noctem, & referre diluculum. Nunc uero positione Sphærę subpolaris idem est horizon qui æquator. Ergo qui ipsi horizonti, ijdem et æquatori paralleli censentur. Itacꝫ Sol descendens illic sub horizontem, non ingerit terris noctem densam prius q̃ attigerit parallelum distantem partibus xviij. ab æquatore, ut lineã K. L. M. quod sit sub decimo proxime gradu Scorpij, die uero circiter xx. Octobris. Postea ex G. bruma reuertens in L. refert continuo diluculum sub decimo proxime gradu Aquarij. Die uero Ianuarij xx. Sic nox quanta Solis & crepusculorum beneficio destituitur, est



mensium non amplius trium, quibus Sol inter L. G. portionem obliqui circuli it & redit. Sed necꝫ hæc trimestris caret remedio de cœlo. Ei enim Luna, atcꝫ ea auctissima orbe et lumine accedit, et illustrat lucis indigos menses, quencꝫ pro se seorsim medio cursu menstruo. Cuius beneficio fit ut nox: quasi inactuosa dicta: teneat terras illas non longius mense uno & medio, necꝫ ea perpetua, & in unum congesta tempus sed partita hæc etiam in tres breuiores, quarum

singulæ durent in hebdomades binas, uidelicet Luna per binas alias illustrante. Hæc est ratio inita à sphærali potestate unde testamur & æstates & noctes subpolares tolerabiles esse animanti.

VENIMVS in hoc ut à phisicis rebus & præsidijs arte paratis ostendamus, frigus istud formidatum etiam esse remissius opinione nostra, sicq; comparatum illic uiuentibus ut plane ferendum censeatur. Iuuat autem hic ante alia referre, à quibus nam inicijs & auctoribus existimemus hanc persuasionem profectam esse. Non dubium est auctores esse ætate uetustiores ea qua de locis septentrionalibus exploratius aliquid renunciatum fuit. Ergo ueteres nuda cõiectura persuasi, collegerũt quod super illis locis statuerent, aut uerius ab æstimatione cœli: quale per extremam difficultatem tolerandum, sibi uel minus sentiebant homines sub climate Aegyptio & Græco nati & conuersati: argumentum sumpserunt de tota habitabili terra. Nota apud Strabonem historia est ollam æneam quæ aqua glatiata dissilierat allatam fuisse ex Ponto et ostensam Delphis in grauissimæ hiemis indicium. Hic qui hiemem: quanta sub parallelo xlviij. accidit terris: exhorruerũt, & quod ea circa ollam effecisset consecrarunt templo, tales super terris tanto exterioribus quatenus habitatæ uel minus essent quid recte definirent? Qui uero sequuti sunt, hi et contenti ueterum inuentis, & sub pari qualitate cœli fere nati, ad eandem sententiam ultro quieuerunt, pluri fidutia q̃ consideratione rerum in quibus nos hoc sermone uersamur. Tam leuiter opinio suscepta est super Zona deserta sub polis, quo ergo maiore uenia sed & fide, quia non coniecturis sed præsenti locorum historia instructi sumus, imus contra ueterum sententiam, asserentes, Septentrionem intra frigidam terra mari q; late et multa frequentia habitari, Aringhę et Aselli et Rhombi: à quorũ infinita prope copia mensa instruitur per maximã Europę partẽ: ex cetarijs importantur externi maris, et ad Boreã prope incomperti. Infundit hoc interiorib. terris fœcunditatẽ suam

ſuam ſtato anni tempore, aut extrudit potius ſobolem ad nouas ſedes querendas, hic in tranſitu capitur. Ipſa quinetiam oſtia Tyberis ſuſcipiunt hoſpitem piſcem miſſum à ſeptentrione, enauigauit is bis Galliam, bisq; Hiſpaniam, ſuperauit Liguſticum mare & Tyrhenum plænis uelis ut copiam ſui faceret urbi. Lacus & fluuij illis terris æq; piſcoſi ſunt. Nulla uis frigoris extinxit ſobolem anni ſequentis, & reparabilẽ tot ſeculis prouentum. Et puto ego ſi alterutram naturam: terrã uel aquas: reddi exicialẽ per frigus animanti oportebat, aquas pręcipue oportuiſſe, uerum, hæ adeo etiam tractabiles ſunt ut profunda hieme & ſoboles illa exoneretur, et exerceatur piſcatura. Terræ quoq; pari fœcunditate habitantur. Verum ne multa repetamus, ſit eius fides penes interius commentarium. Magis exponemus cauſſas à potentia naturæ & humana induſtria petitas, unde prouenire iſta cõmoditas poſſit. Hic uero: quod naturam ſpectat: ſentimus, prouidentiam nihil ubiq; feciſſe incommunicabile, ſed modum ingeneraſſe rebus unde fierent ſingula tolerabilia proximis. Elementorũ extrema conſentiunt cum uicinis. Aer craſſus eſt ad terram & aquas, pertenuis autem ad ignẽ & iuxta calens. Ab hoc conſilio naturæ mare externum eſt plurimum ſalſum. Sal autem: teſte Plinio: olei pinguitudinem reddit. Oleum uero in calore quodã & ſymbolo ad ignem conſiſtit, taleq; exiſtens mare plurimis ſinubus infundit ſeſe terris extremis, quæ res facit, ut ſale ſtimulet prolificum calorem, & pinguitudine foueat ad fœcunditatem. Alluuionibus autem æq; adſit ui ſua terris, quamuis habent quoq; terræ intra ſinũ intimũ eundem calorem omnia fœcundantem & fouentẽ, unde ergo tepent ſpecus, et aquarũ ſcaturigines, tantoq; impenſius quanto eſt hiems grauior. Quod q; exemplum multo inſignius eſt montes per Norduegiam et Sueciam paſſim ſunt metalli feraces. Digerit intra hos inq; uenas confluit argentũ & æs, quantum opus nõ perficiat officina minacib. ignib. Ad hanc rationẽ uapor terris & aquis infuſus, et ſeſe per utranq; naturam mutuis ſpiramentis refundens & adiuuans, temperat qualitatem cœli, & facit animanti


tolerabilẽ. Cuius est testis Beluarum in mari immanis magnitudo, & in terra degentium corporum firmitas, & uita longa, Omniumq́ praesentissimus uigor, quae non essent nisi cuncta illic cõmode à coelo & elementis fouerentur. Non enim quod inter incrementa est aliqua iniuria offensum, uel quod omni uita est male pastũ idem laete proueniet. Neq́ uiuentia illic sua illorum hieme perinde afficiuntur quomodo si Aegiptius uel Aethyops illuc subito transferatur. Nanq́ haec longa inductione in eius coeli naturam iam olim transierunt, cuius etiam exemplum ab homine & historia sacra faciam. Qui à Mesopotamia & illa famosa turri in prima gentium deductione uersus septentrionem migrarunt, non continuo penetrarunt ad fines extremos, sed locarunt sedes prius sub coelo medio inter utrunq́, quasiq́ ducto per Thratiam et Pontum. Hic assueuit posteritas quae Scythiam ferret, & Tanaim, quomodo qui ex aestate ad hiemem uenit, is pruinis auctumni tentatus prius fuit ut niuem subinde & glatiem toleraret. Ad eum modum Mortales facti assidue ad proxima quaeq́ loca duriora confirmatiores ad extrema tandem peruenerunt. Sed etiam hic siquid mansit asperitatis reliquum, id natura alijs prȩsidijs emẽdauit. Dedit terra mariq́ brutis profundos recessus montiũ, & caui littoris, quib. uapor subest tepens tanto intensius quãto fit ab incumbente frigore coactior, dedit ualles à septentrionibus aduersas. Vestiuit bruta pilo tanto densiore, quãto est uis frigoris maior. Itaq́ non ab alijs terris ueniunt pelles nobilium ferarum prestantiores. Sabellae, quibus in orbe nostro precium prope immane, & ȩstimatio secundum aurum & gẽmas in regio instrumento est, inde exportantur. Et quod miremur non alio: q̃ hieme: tempore electiore uenantur, quoniam tunc pilus densior est & cuti fidelius heret, Qr grauẽ hiemem esse putamus hanc qua bestiola plurimum uiget, & qua permittitur uenatori scrutari per siluas & niues & septentrionis uim lustra, & prȩcipua lucra sectari. Quibus autẽ brutis conditio corporum est ad frigoris iniuriam recentior, his dedit ut uel condantur sub brumam, uel emigrẽt, id quod etiam

in orbe nostro plærisq; tribuit. Homini uero præterea remediū dedit, arte et industria comparatum, ei foris agenti uestem dēsam, & insuper geminatā, domi focum largum, uaporāriam camerā in diem, in noctes cubile plurima pluma tepēs, quibus remedijs edomant hiemes, q̄quis sæuas externis existimatas, indigenis autem nostra opinione mitiores, & reuera sunt ex primigenia mixtura corporum illa his conuenientia quæ alijs prędura censentur, Leo in Africa, Vrsus in Sarmatia ferocit tanquam hic uigore præsentiore, translati autem in contrarium cœlum languidiore ui sunt. Ciconia hiemem non moratur, at Grues sub eam ueniunt. Scytha cœlum romanum ut febriens accusabit, & est eo nihil salubrius. Qui tenerius educatus est, si in castra subito trāsferatur, inedias, uigilias, æstus, trāsmissiones fluminum, pugnas, obsidiones, capitale sibi malum experietur, uerum miles hæc castrensium meditationum loco habet, lōge ante ista induratus. Qui in umbra urbana uersatus tentare uelit Vergilianum istud Nudus ara, sere nudus, profecto fuerit periculo suo carmen finiturus, habebis frigora febrem. Sensim insuescitur his quæ dura putamus, & ex leuibus inicijs coalescit facultas qualis sæpe ad prodigiosa opera peruenit. Videmur satis rerum complexi esse à cœlo, à natura, ab arte, unde constet nihil ubicq; terrarum & maris esse negatum animanti. Sentit etiam lector q̄ hic plurima materia aperiatur rationum & exemplorum quæ nostræ sententiæ attestentur, quare quiescimus, & cedat ergo authoritas ueterū, & sequentium consensus historiæ huic, quanta: non dico deprehensa nunc demum fuit, multis enim ante seculis Germania & Schondia non laxo discretæ Gothano sinu celebrarunt mutua commertia: Sed quanta in commentarium nostra opera uenit, atq; tanta præfati ad Schondiam & plures in illo mari memorabiles insulas scribendas conuertamur.

TABVLA CONTINET super meridiano gradus xviij. schœnos autem in terra cclxxxviij. qualium xvi. dant gradum unum circuli maximi cœlestis. Super

autem parallelo medio cõtinet tabula gradus paralleli lxxxij. ſchœnos autem D c. fere, habet ſiquidem parallelus medius tabulæ proportionem ad circulum maximum quam ix. ad xx. fere, & tercia pars horæ, id eſt gradus v. ſuper parellelo continet gradus duos, & quartam partem gradus circuli maximi. Parallelus auſtralior abeſt ab æquatore partibus liiij. borealior partib. lxxij. Meridianus occidentalior diſtat à meridiano per inſulas fortunatas gradibus viij. Orientalior gradib. xc. Secundũ hæc conformabuntur latera tabulę ad iuſtã proportionem. Circunſcribitur autẽ ab occidente oceano Hiperborico, à ſeptẽtrione, terra incognita, ab oriẽte, parte Ruſſiæ albæ & mari Balthio, à meridie Gothano ſinu, & parte Datiæ. Complectitur uero imperia regia tria, Norduegiam, Sueciam, Gothiam. Dinaſtias uero quæ regibus parent xxxvij. L I N E A inclinationis R. S. pertingens ab urbe Roma cum meridiano Stokholmenſi regiæ Sueciæ, conſtituit ſupra huius uerticem angulum poſitionis graduũ lvij. circumferentiæ horizontis H. N. uerſus occidentem. Diſtãtia autem recta inter duo loca ſuper linea inclinationis S. R, eſt graduũ xxvij. maximi celeſtis circuli, in terra uero ſchœnorum ccccxxxij. qualium xvi. dant gradum unum, ſiue eſt M. Dc. xx. m. paſſ. qualium lx. m. reddunt gradum unum. Linea inclinationis V. S. pertingens à Venecijs conſtituit cum meridiano Stokholmenſi, ſupra huius uerticem angulũ poſitionis graduum lxvi uerſus occidentem. Diſtantia autem recta inter duo loca ſuper linea inclinationis S. V. eſt graduum xxv. maximi celeſtis circuli, facit in terra ſchœnos cccc, ſiue M. D. m, paſſ. Qui aliquo trium locorum manet, extendat tabulam Schondiæ in planiciem, & huius lateri borealiori ſupra Laponiam aptet frontem Sciotherici magnetis. Tabulam autem dirigat ut magnes ſtet correctus ſuper linea intima caui. Hoc ſitu cuſtodito lineæ S. R, & S. V. ex finibus R. & V, extrahantur in longum, accipiatur uero extenſio circini per gradum unum, lateris utpote occidentalis. cum ea æquilatatione accipiantur ex S. ſuper S. R. partes xxvij.

xxvij. finisq́ sit R. Super autem S. V. partes xxv. & sit finis V. Hac operatione indicatur tota positio tabulæ ad faciem mundi, deinde assumptorum locorum cum inclinationibus distantia mutua, sic ut postulat ratio assumptæ mensuræ tabulæ Schondiæ.



R, Roma. V, Veneciæ. S, Stokholmia. Lineæ M. S. B. & M. R. B. & M. V. B. sunt meridiani locorum per quæ uadunt. H. N. portio est horizontis loci S. S. R. & S. V. lineæ sunt inclinationis locorum.

GRONLANDIA.

GRONLANDIA interpretatur uirens terra, sic dicta ob insignem prouentū pabuli. Cuius & pecoris quanta sit copia hinc licet spectare, q́ sub tempore quo ad eos nauigatur, componunt promercales ingentes strues butyri & casei, unde etiam coniectamus, terram non esse asperam montib. Episcopales ecclesias duas habet, sub ordinatione Nidrosiensis. Vni datus est his proximis annis præsul, suffraganei tantū titulo, quoniam dum metropolis negligentius intendit illic directioni religionis propter locorum distantias & difficiles na-

uigationes, populus ferè est relapsus ad gentilitatem, alioqui ingenio mobilis, & magicis artibus impensè deditus. Feruntur: id quod etiam in Laponia dicemus: magicis carminibus ciere tempestates maris, & inuoluere periculis peregrinas naues quas sunt predaturi. Ipsi enim scorteis & subtilibus nauigijs utuntur, tutis à quassatione maris et scopulorum, ad hunc modum laborantes alias adoriuntur. Petrus Martyr Mediolanensis in hispanicis nauigatiõibus scribit, Antoninum quendam Cabotum soluentem à Britannia, nauigasse continue uersus septentrionem, quoad incideret in crustas glatiales mense Iulio, inde ergo conuersum remigasse continue secundum littus sese incuruans austrum uersus, donec ueniret ad situm contra Hispaniam supra Cubam insulam Canibalum. Quæ narratio nõ nihil causæ dedit mihi ut Gronlandiam ultra Huitsarch promontorium extenderem ad continentem Laponiæ, supra Vuardhus castrum, & id feci eò libentius ꝙ & senior Archiepiscopus Nidrosiensis constanter affirmabat, mare illic in anconem curuari. Accessit id quoq; ꝙ Lapones cõsentiunt in ijsdem studijs magicis, & religionem christianam neq; sectantur neq; refugiunt, per quæ ego existimaui istam similitudinem utriq; genti accidere, quia sese contingerent per continentem. Distantiæ quoq; uidentur non refragari, schœni enim intersunt inter utranq; gentem non integri ducenti. Fecit & hoc ad coniecturam ꝙ Cabotus fertur in glatiem incidisse. Et quamuis de mense Iulio contendam non bene relatum esse, adeo si sub polo quoq; ipso nauigatum foret: ob eà quæ in eam rem antea disseruimus: tamen ꝙ aliquo tempore per glatiem nauigauit, id testatur ꝙ non per mare uastum, sed propinquis littoribus in sinus formam comprehensum nauigarit, quando ob eandem caussam sinus Gothanus cõcrescat, quoniam strictus est, & fluuiorum plurium & magnorum ostia salsam naturam in parua copia superant. Inter autem Norduegiam & Islandiam non concrescit ex diuersa causa, quoniam uis dulcium aquarum illic superatur à uastitate naturæ salsæ. Fama est: sed incerto hactenus auctore: ꝙ Hispani adnauigẽt hoc tempore

Gronlandiam & quam dicant terram uiridem, Argumentum eius esse aiunt Merces quasdam exportatas ab his, & recognitas quod forent rerum quales apud Gronlandiam reperiuntur. A septentrione pertingit ad terram incognitam sub polo, unde etiam ueniunt in hanc Pigmei predatores. Quod etiam argumentum fuerit terras subpolares habitari, igitur Chersonnesi.

Gronlandiæ descriptio sic se habet.

Lateris orientalis, quod Norduegiam respicit descriptio.

Vuardhus castrum	52		70	30
Vbi ad septentrionem	53	30	71	30
Extensio prima	20		71	20
Extensio secunda	28		72	
Huetsargh promont.	22		67	
Extensio	5		61	25
Inde continuatur littori terræ Baccallaos	356		60	

Ad occidentem & septentrionem terminatur incognito fine terrarum & marium.

ISLANDIA.

ISLANDIA, id est glacialis terra. Hæc est Tyle nulli ueterum non celebrata. Tylenses continentissimi dicuntur à Saxone Sielandico grammatico. Religione sunt christiani. Propriam scripturam habent ut tota Schondia. Res memorabiles Maiorum & sui temporis conscribunt, & celebrant cantibus & rithmis, denique scopulis & promontorijs insculpunt, ut nulla nisi cum naturæ iniuria intercidant apud posteritatem. Situs insulæ extenditur inter austrum & boream ducentorum prope schœnorum longitudine. Ipsa multa sui parte est montosa & inculta. Qua autem parte est plana, præstat plurimum pabulo, tam læto ut pecus depellatur à pascuis ne ab aruina suffocetur. Præterea insula est predicanda insolitis miraculis. Rupes siue promontorium est quod æstuat perpetuis ignibus instar æthnæ. Is locus est carcer sordidarum animarum. Glacies etiam certa appellitur littori magnis moli-

bus, cuius si crusta adseruetur quamuis magna diligentia, tamen disparet statim, atq; reliqua eius generis glacies recedit à promontorio in altum. Comperiuntur illic spiritus se exhibentes manifestos humanis ministerijs. Submersorum siue alio uiolento casu enectorum spectra sese offerunt congressibus notorum hominum, tam manifesta ut tanquam uiuentes accipiantur ab ignaris mortis illorum data dextra, nec deprehenditur error priusq̃ spectrum disparet. Incolæ plurimum præsagiunt fata principum.

Meridionalis lateris descriptio

Littus eius occidentalius	20		63	
Choas promontorium	22	20	63	
Vnde latus orientale extenditur contra septentrionem & finis extensionis habet gradus	30		68	
Inde septentrionale latus cõtra occidentem extenditur & finis extensionis habet gradus	28		69	

Lateris occidentalis descriptio, post extensionem quæ dicta est

Hekelfol promontorium	25		67	
Inter hoc & Huytsarch Gronlandiæ eà propinquitas est ut nauigantibus inter medium spatium utrunq; promontorium conspiciatur.				
Madher promontorium	21	20	65	10
Vnde coniungitur priori fini				

Ciuitates in eà medieterraneæ sunt

Holen episcopalis	28		67	50
Skalholten episcopalis	22		63	30

HETLANDIA INSVLA

HETLANDIA maxima orchadum sic circumscribitur.

Littus australius	30	30	62	
Littus occidentalius	27		63	30

Pars

Pars littoris borealioris	28		62	30
Hinc iungitur fini prædicto				
Mediterranea habitant, quorum ciuitas				
Orchada episcopalis	28		63	30

Circa eam sunt insulæ aliæ xxix. dictæ similiter Orchades.

FARENSIS INSVLA

Latus eius septentrionale				
Pars eius orientalior	29	30	61	
Pars eius occidentalior	26		61	
Vnde uersus austrum descendit. Et habet gradus	22	30	61	20

Inde iungitur suo fini orientaliori. Est in eà ciuitas episcopalis dicta & ipsa Farensis.

LAPONIA.

LAPONIA dicta est à populo quo habitatur. Vocant uero Germani Lapones, eos qui parum idonea rei præsenti dicunt & faciunt, quos Romana lingua dicet puto ineptos. Sunt uero Lapones staturæ modicæ, & corpore usque adeo agili, ut accincti pharetra & arcu transmittant saltu sese per circulum diametri cubitalis. Pedestres pugnant arcu armati ut ferè Tartari. Artem iaculandi docentur à pueris, utque antiquitus apud Baleares, sic apud Lapones ætate nostra puero non datur cibus priusquam attigerit sagitta propositũ signũ. Veste utuntur stricta, & toti aptata corpori, nequid impedimenti faciat operi. Hieme utuntur ueste pellibus integris phocarũ siue ursorũ artifitiose laboratis, eas nodo adstringũt supra caput, solique oculi patẽt, corpore reliquo toti cõtecti sunt quasique in culeum insuti, nisi quod hæc expressa per membra om-

nia ad commoditatem non ad pœnam laborata est. Hinc puto temere creditum esse q; sint corpore hirsuto instar brutorũ, pars ita referentes ob ignorantiam, pars ob uoluptatem, quã inde pleriq; capiunt ut supra fidem rerum dicant omnia comperta sibi apud remotas terras. Sic uero arte atq; industria muniti, Lapones perferũt foris hiemes & aquilones & omnem iniuriam à cœlo. Domos non habent, sed tabernacula quasi castrensia, Mansionesq; sæpe transferunt. Amaxobij sunt, uenationibus plurimum student, Ferarum quoq; tanta copia est ut passim cedantur. Nefas est mulierem exire tabernaculum ianua qua uir eo die est ad uenationem profectus. Etiam religio est ne manu contingat feram captam, sed uir porrigit mulieri ueru præfixum quantum illi carnis impertit. Agrum non colunt. Terra serpentem non fert, sed culices illic sunt grandes & infesti. Pisces capiunt plurima copia, hocq; prouentu uiuunt Ichtiophagorum aethyopum morę, atq; ut hi feruore nimio, sic illi frigore excoquunt pisces, et edomant in farinam. Tantum deniq; supeťest capturæ ut eius plurimum condant in Cetarijs & exportent in uicinas terras Northbothniam & Russiam albam. Nauigijs utuntur nullis clauis, sed neruis & uiminibus compaginatis. His per rapidissimos fluuios inter montes Laponiæ deferuntur, æstate nudi ut in periculo enatare ualeant, & colligere ex naufragio merces. Pars artificia exercent, pingunt acu ad delicias, & faciunt uestes intextas auro & argento. Qui ad usum quippiam artis repererint, & qui receptum ab alijs excoluerint honorantur publice, uidelicet, ueste donantur cui sit intextum argumentum excultæ artis, atq; hoc insigne in familia manet ad posteritatem. Naues, dolia, et omne instrumentum domesticum probe fabricant & exportant ad uiciniam. Commertia permutatione & pecunia agunt, mutuo consensu tantum & nullo sermone communicato, atque istud non propter ingenij inopiam & mores brutos, sed quod linguam habent peculiarem & ignotam uicinis. Gens ualidissima est, & diu libera fuit, & arma sustinuit

nuit Norduegiæ, Sueciæq; donec concessit tandem sub imperium, & tributum pendit preciosas ferarum pelles. Præsidem eligunt proprijs arbitrijs quem regem uocant, uerum rex Sueciæ ius administrationis donat. Is ueste rubra induit, hoc est ipsi insigne regium. Deniq; populares ueniunt in Sueciam pro cognitionibus dubiarū causarum. In itinere hospiciū aut omnino tectum non subeunt, sed agunt noctes sub diuo. Equos non habent sed eorum loco feram domant, Reen ipsi dicunt, hæc est iustæ magnitudinis mulæ, pilo prope asini hirsuto, ungulas habet bifidas, & cornua ramosa instar cerui, sed humiliora & ramis rarioribus. Equitem dorso non fert, sed antilena imposita iungitur uehiculo, assequitur xxiiij. horarum spacio cl. m. passuum, siue schœnos xxx. quod ipsum spatium dicunt lingua patria, ter mutare horizontem, hoc est, ter contingere signum quod eminus postremum prospexerint. quod certe indicium est cum magnæ pernicitatis, tum magnarum uirium feræ, quæ in tantum spacium cursu sufficit, etiam ubi interim pabuletur. Hanc historiam putarim ueteres quoq; agnouisse, sed obscura & dubia quasi fama exceptam, siquidem aiunt, Scythas quosdam equitare ceruos. Religionem christianam neq; sequuntur, neq; etiam refugiunt tanquam Iudæo odio in eam offensi, sed subinde admittunt in gratiam regum quibus parent. Etiam quo minus plures sunt christiani culpa non nulla est presulum qui aut hanc curam instruendæ gentis abiecerunt, aut fidem Christi illic adolescentem euilescere rursus fecerunt, siquidem huius prætextu sua etiam uectigalia subinferre genti uoluerunt, intolerabili exemplo non his locis magis quam orbi omni christiano, ut quod acerbissimas trahere defectiões solet. Ioannem Gothum Episcopū audiui dicentē, Nos qui Vpsaliensi ecclesiæ presidemus, & sub diœcesi nostra habemus eius gentis multam partem, ut de nostra uigilantia pastorali predicare multa non conuenit, sic à cupiditate nefaria qua religionem questū statuamus abstinentissimi, hoc ubiq; prestabimus, ut nullā prebeamus materiā per quam hęc gens tāquam nostro offensa peccato minus sit chri-

ſtiana. Is ſtatus eſt religionis apud Lapones, tamen ſuopte & à maioribus recepto inſtituto ſunt idololatræ, & quod mane animantis occurrit procedenti, ex eo capit omen euentus diei, & idem in diem colit. Statuas etiam lapideas erectas in montibus pro dijs habent, fœderant coniugia, auſpicantur in igne et ſilice, Myſterio ſtatui coniugali tam aptato ut eo ſit nihil aptatius, tamq́ꝫ conſiderate recepto quam ſi græcia media, Q enim ignem præferunt, ut id non faciunt ſoli, quoniam eum morem & Romaṅi ſeruarunt, ita iſto celebrandi ſunt, ꝙ populo omnium maximo ſimilia faciunt. Iſtud uero maiorem in modum: ꝙ ſilicem pręferunt: collaudandum, cum ꝙ hęc Philoſophia domeſtica eſt, tum ꝙ ſignificationem habet nimis q̃ꝫ affinem his ſacris, ut enim ſilex latentem in ſe ignem habet qui concuſſione emicat, ſic in utroqꝫ ſexu eſt recondita uita quæ tandem profertur mutua copula in prolem uiuentem. Præterea, incantatores ſunt perefficaces. Magicos nodos tres nectunt, pendentes à loro, ubi unum ſoluerint cient uentos tolerabiles, ubi alterum, uehementiores, ubi terciū, mouent apertam tempeſtatem, ita ut ueteres fulmina eliciebant. Ea arte iſti utuntur in nauigantes ex arbitrio ita ut his fauere uel minus uiſum fuerit, ita ſiſtunt & mouent flumina & maria. Faciunt quoqꝫ è plumbo iacula magica breuia ad modum digiti, ea emittunt per quamuis diſſita loca in eos de quibus uindictam expetunt. Hi oborto carcinomate à crure uel brachio infra triduum uehementia doloris exanimantur. Sol occidit illis locis, & ducit noctem unam per tres ferè menſes brumæ, per quos non habent lucem niſi qualem crepuſcula, clariſſima quidem ſed in pauciſſimas horas, qualeſque lunares ſplendores faciunt. Itaqꝫ diem quo Sol ad hemiſphærium redit feſtum habent, & ducunt læticiam ſolemni feſtiuitate. Hi ſunt mores gẽtis nequaquam abſurdi ita ut ſilueſtris, utq́ꝫ nomine Laponū cenſeri debuerit, ſed olim quando ſub imperio domeſtico uixit, & nulla commertia cum uicinis habuit, & ſuas opes ignorauit, nec præcium nouit domeſticarū pellium ſub orbe noſtro atqꝫ earum multam copiam leuium rerum repenſione com-

mutauit. Hic puto simplicitas ad Laponū nomen deflexa est.
LAPONIA terra extrema Schondiæ cognitæ uersus septentriones, terminatur hæc etiam hac parte ad incognitum nobis orbem, præterea parte maris externi secundum descriptionem hanc

Littus primum	70	72
Littus sequens	80	70
Quod etiam sequitur	90	70

Ex cetarijs huius maris plurimam copiam piscium exportant ad Nordbothniam & Russiam albam, terras uicinas, unde licet coniectare mare hoc quaquauersum extendi uersus septentrionem. Ab occidente terminatur intimo sinu ad

Vuardhus castrum ad gradus	52	70	30
A meridię terminatꝰ linea hinc extensa usq; in gradus		90	69

NORDVEGIA.

NORDVEGIA id est septentrionalis uia. Fuit regnum hoc aliquandiu admodum florens, & imperium tenuit per Daniam & Frisiam & late per insulas, donec domesticum imperium per hereditariam successionem administratū fuit. Postea sub interregno consensu procerum institutum est ut reges per electionem susciperentur, arbitrati, eos hoc æquius administraturos regnum, quominus forent confirmati per nouitatem, sed euenit, dum quisq; ut opibus ambitione & fauoribus affinitatis prestitit, ita in spem maiorem uenit regni assequendi, ut factionibus distraherentur, seseq; etiam inferrēt ad occasionem capiendi regni externi, qui adiuuarent & destituerent partes cōcertantes ut uisum sibi è re fuit. Itaq; est hoc tempore sub potestate Danorum. Hi nō legitimos modo redditus & tolerabilia uectigalia imperant, sed omnia commoda conradentes transferunt in Daniam, uidelicet diurnitatem imperij constituentes in infirmitate subiectorum, quod nō unum exemplum est hac ætate in re christiana, postq; enim uirtutes quæ principem, id est patrem patrię uere spectant, relictę sunt,

ſuperbumqꝫ domini ſupercilium ſolum retentum, quod aperuit ad ſubiectorum iniuriam licentiam, ſequutum iſtud eſt, cum Dinaſtæ nihil præſidij reliqui fecerint ſibi in amore mutuo populari, ut in ui & omnium fortunarum extenuatione quærant incolumitatem ſtatus ſui. Hæc fortuna eſt Norduegiæ, neqꝫ ipſa ædificia urbium ſuam amplitudinem & dignitatem ueterem tueri poſſunt, nec ſpes eſt ſtatus reparandi. Publici enim cōuentus in rem non admittuntur, nemo ex arbitrio ſuo referre audet, aut opere tentare, incertus de omnium uolūtate. Ad hanc difficultatem accedit qualitas locorum, habet enim Dania in poteſtate nauigationes omnes Norduegianas, neqꝫ hæc exercere mare poteſt, neqꝫ exportare merces hoc rege hoſte, præterea à cœlo, à tellure, à mari nequaquam humilis aut parum fœlix exiſtimata. Hæc mittit in reliquam Europam piſcem ex genere Aſellorum, frigore induratum & extētum in fuſtem, unde & eum germani dicunt Stockfiſch. Captura eius laudatiſſima eſt Ianuario, quando ſuper eſt frigus ut induretur, & qui clementioribus menſibus fuerunt capti, marceſcunt, neqꝫ ſunt idonei ut exportentur.

OCCIDENTALIS littoris deſcriptio, pars maxime borealis.

Vuardhus id eſt ſpeculatoria domus	52		70	30
Caſtrum eſt ualidiſſimum et præſidium impoſitū Laponibus.				
Littus ſequens	28	50	70	
Matthkur oppidum	28	30	70	15
Cherſonneſus extrema	28	30	70	15
Bomgang oppidum	28		70	30
Sinus intimus	28		69	55
Skyttungzberg oppidum	27	30	70	20
Littus ſequens	27		70	15
Sammauuik in cherſonneſo extrema	26		70	15
Littus ſequens	26		70	10
Littus ſequens	26	15	70	
Honouitz	26	20	69	25
Littus ſequens	27		69	55

Ingen

Ingen super sinu intimo	27	15'	69	15'
Helganas	27	30'	69	35'
Segeruuar	26	25'	69	
Katiuuik	27	5'	69	15'
Littus sequens	26	25'	69	20'
Littus sequens	26	15'	69	15'
Hasseuuagh	25	35'	69	
Littus sequens	25	55'	69	15'
Littus sequens	25	30'	69	25'
Tusuuonas	25		69	

Totū hoc littus & loca uicina: olim deserta lue publica Nordnegiæ: Lapones deligunt sibi in sedes, commigrantq́ sub clementius cœlum.

Littus sequens	22	25'	69	15'
Skartesuagh	22	20'	68	50'
Vuandh Vuagh	22	30'	68	20'
Littus sequens	22		68	20'
Sanduuar	22		68	15'
Littus sequens	22	20'	68	10'
Malanger	22	20'	67	20'
Littus sequens	23	30'	68	10'
Rodhelle	23	30'	67	20'
Lokhelle	22		67	30'
Littus sequens	22	30'	67	35'
Ostafiorden promontorium	22	20'	67	15'
Littus sequens	23	50'	67	5'
Rollen	63	30'	67	
Promontorium	22		67	
Littus sequens	22	15'	66	50'
Littus sequens	23	30'	66	50'
Foten	23	30'	66	35'
Stegh sub circulo arctico	21	10'	66	30'
Conuentus Helgeland.				
Salten	20	30'	65	25'
Gilles Skal	20	20'	65	15'

Rodhoo	20		65	
Alstahus	20		62	25
Brynnia super ore sinus	39	50	62	10
Conuentus Nummodal.				
Littus sequens	20	30	62	10

Hactenus à castro Vuardhus usq; in hæc loca totum littus est infestum uerno tempore Balenis uastę magnitudinis, adeo q ad centum perueniunt cubitos. Hæ tunc gregatim conueniũt ad prolificandum. Naues uel quæ in earũ corpora, uel in uortices aquarum: quos hę faciunt instar carybdis agitatione sua: delatæ fuerũt, periclitantur. Remedium est autem nauigantibus castoreum dilutum aqua & in mare effusum, hoc tanq; aconito petitus grex Balenarum totus repente dissipatur, & in profundum fertur. Rugiunt horrendum. Spiracula duo habent in summa fronte patentia ad cubiti proceritatem, hæc tecta sunt folliculo, respirantes efflant undas in modum densi nimbi. Spina dorsi reperitur, cõtinens amplexu ulnas tres, internodia singula unam, longæ minus cubitis lx. condiuntur in Cetarijs. Maiores inutiles cibo sunt propter non domabilem asperitatem.

Snasen	21	20	62	35
Bionor	21	30	62	15
Stadzbigd	21		62	15
Oryan	22	30	62	
Ostraath	22	20	62	15
Reon castrum	23		62	30
Betzstad	22	10	62	25
Littus sequens	22	30	65	
Littus sequens	21	30	65	10
Inderoo	22		65	15
Sparrabo	22	20	65	30
Vuardal	23	20	66	
Ostia fluuij	23	30	66	
Skongen	22		66	
Frosten	22	30	65	55

Conuentus

Conuentus Styordal				
Ostia fluuij	25		65	20
Imblcuuik	25	20	65	15
Iadha super ostijs	25		65	15
Bakka monasterium super boreali ripa ostiorum				
Tildræ fluuij	22	35	65	

Nidrosia super australi ripa.

Hæc est omnium ecclesiarum per Norduegiam, Islandiam, Gronlandiam & insulas adiacentes metropolis, fuit nobilis in primis ciuitas sub florente Norduegiæ imperio, continens in ambitu parochias quasi dicas regiones urbis xxiiij. Nunc in uici formã fere redacta est, uocatur lingua germana Truthaim quasi Dryidum domicilium, extat hodie ecclesia cathedralis argumentum ueteris felicitatis, cui magnitudine & laborati lapidis artificio par opus non est sub orbe christiano. Crepido circum altare corrupta fuit incendio, hæc reparabatur eo tempore quo ista scribimus, in quam impensæ imputantur ad vij.m.aureorum. Atq; à tantula parte ęstimatio præstantiæ fiat templi tocius.

Littus sequens	22		65	
Nas	22	30	62	
Medelhus	25		62	
Boduuik	25		63	25
Byrsen fluuij ostia	25		63	35
Conuentus Midental				
Littus sequens	22	20	63	25
Agdanas	23	30	62	15
Lasuuik	23	30	62	
Conuentus Hempne				
Littus sequens	21	20	63	25
Littus sequens	22		63	25
Ostia fluuij	22		63	30
Conuentus Nordmor				
Littus sequens	23	15	63	30
Conuentus Romsdal				

Littus ſequens	22	20	63	
Littus ſequens	21		63	
Quod etiam ſequitur	21		63	25
Conuentus Sudmor				
Littus ſequens	39	20	63	30
Stad promontorium	39	10	62	25
Medium ipſius in mediterranea	20		63	
Et Sognifyal mons	22		62	30
Finis	25		62	30
Poſt Stad promontorium Nordfyord Conuentus				
Sydfyord	39	30	62	30
Conuentus Sogniæ				
Littus ſequens	20		62	30
Littus ſequens	39	20	62	
Quod deinde ſequitur	39		62	
Quod etiam ſequitur	39		61	25
Conuentus Valdres				
Littus ſequens	21		61	25
Conuentus Oſteruee	39		61	30
Littus ſequens	39		61	15
Bergis ciuitas epiſcopalis	20	30	61	15
Conuentus Quinmobarath				
Monaſterium beatæ Brigittæ	39	15	61	
Littus ſequens	20		60	25
Halsne	20	10	60	25
Littus ſequens	21	30	60	25
Conuentus Hardanger				
Littus ſequens	20		60	30
Huuitting Soo portus	20	20	60	15
Staffanger ciuitas epiſcopalis	21		60	20
Iadher	21	20	60	
Hither portus	21	30	60	
Liſta	21	30	59	25
Lindasnas promontorium	21	30	59	35
Littus ſequens	22	10	59	20

Heſtnas

Heſtnas	42	30	59	45
Skidhen	42	20	59	55
Littus ſequens	42	45	59	50
Konspergh caſtrum & emporium	43		59	50
Koparuuik	43		60	6
Lidher	43	40	60	
Aska	43	45	60	
Littus ſequens	44		60	5
Conuentus Agdaſidha				
Aeſtus	43	45	60	15
Naſoo	44	10	60	5
Akershus caſtrum	44	30	60	15
Conuentus Ringarike				
Argenti ſodinæ	45		60	15
Littus ſequens	45	30	60	20
Conuentus Midyental				
Asloia Epiſcopalis	45	30	60	5
Conuentus Riggo				
Varne Monaſterium	44	40	59	55
Conuentus Veſtfalen				
Eng	44	20	59	35
Saltzburgum emporium ſuper boreali parte oſtiorum				
Sarps torrentis	44	30	59	15
Littus ſequens	44	30	59	
Auros caſtrum	45	45	59	
Oddauuad	46	10	59	
Littus ſequens	46		58	50
Littus ſequens	45		58	50
Dragemmark	44	50	58	50
Littus ſequens	44	30	58	50
Sinus intimus	44		58	40
Littus ſequens	44	15	58	35
Maſtrand	45		58	30
Kongelle emporium	45	30	58	5

Bohus caſtrum munitiſſimum ſuper boreale latus oſtiorum

Trolhetæ fluuij 26 30 58 30

Is fluuius tanto fragore decurrit ut per schœnos tres audiatur Tractus totus littoralis Norduegiæ est mitis, mare non conglaciatur. Niues non diu durant. Habet etiam terra hæc pestem peculiarem quam Leem uel Lemmer uocant patrio sermone. Hęc est bestiola quadrupes magnitudine soricis, pelle uaria, hæ per tempestates et repentinos imbres decidunt, incõpertũ adhuc unde, an ex remotiorib. insulis et huc uento delatę an ex nubibus feculentis temere natę deferanť. Id compertũ est, statim atq; deciderũt reperiuntur in uiscerib. herbę crudæ nondum concoctæ, hæ more locustarum depascuntur omnia uirentia, & quæ morsu tantum attigerint, emoriuntur uirulentia, uiuit hęc pestis donec non gustauerit herbam renatam, cõueniunt quoq; gregatim quasi hyrundines auolaturę, sed stato tẽpore aut moriuntur aceruatim cum lue terræ, ex quarũ corruptione aer fit pestilẽs & adficit Norduegos uertigine, et icterisi, uel ab alijs bestijs dictis Lefrat consumuntur unde pinguescunt et reddunt pelles aliquanto laxiores humana mensura.

Ab orięnte terminatur linea quæ ducitur per mõtes quorum fines sunt, qui australis super ostijs, Trolhettæ fluuij, qui uero borealis exit per Vuardhus castrum & extenditur ad terram incognitam Laponum.

Pręterea sunt montes alij qui in Chersonneso magna fines habent 21 30 65 15 extenduntur in gradus 20 62 25 Et qui à Soknadal extenditur ad Solabo & gradus habet 26 20. 63 20 Et 26 30. 62 25 ubi sunt fossiones ferri. Et qui à promont. Stad per continentem extenduntur qui dicti sunt. Et qui inter duos conuentus Halmgadal & Toten quorum fines 21 60 25 Et 21. 61 20 Et extenduntur uersus orientem in gradib. 22 60 25 Et 22 61 25

Lacus in Norduegia insignes sunt.

Conuentus Iemptinæ, post quem uersus meridiem est desertum usq; ad Aardal conuentum.

Ouuik lacus cuius medium 27 67 30

Castrum regium super ipsius australi parte 27 67

Emis-

Emissio lacus 26 30 67 25
Eius ostia dicta sunt apud Skongen.
Conuentus Aardal
Lacus cuius medium 25 30 66 30
Eius ostia apud Frosten.
Lacus uastus cuius medium 27 30 66
Eius ostia dicta sunt post Styordal.
Conuentus Offrestrind
Ions Vathen lacus cuius medium 26 20 65
Eius ostia sunt supra Ladha
Conuentus Hardal
Lacus cuius medium 27 20 62 30
Effunditur in alium
Lacusq́ eius medium 26 62 35
Eius ostia apud Nidrosiam urbem
Lacus cuius medium 27 63 30
Eius ostia dicta sunt sub Byrsen.
Osterdal conuentus ab orientali parte lacus. Archiepiscopatus Nidrosiensis post Hardal conuentum.
Soknadal conuentus ab occidentali parte
Lacus cuius medium 25 30 61 50
Desertum à septentrionali parte lacus
Orkadal conuentus inter desertum & lacum
Midental conuentus contra occidentalem plagam conuentus Orkadal.
Ostia uero memorati lacus sunt supra Suudal
Lacus cuius medium 26 25 61 15
Fontes 26 25 61 30
Emittitur in flumen circa gradus 25 30 60 30
Vermelandia ducatus circa fontes lacus
Soldier conuentus ad occidentalem partem lacus
Parochia Nas in Soldier conuentu
Lacus cuius medium 22 62 Qui effluit in
lacum alium cuis medium 23 30. 61 20 Facit & is
lacum alium cuius medium 22 62 Qui effluit in

alium qui dictus est habere gradus 22 61 15
Hedmarken conuentus.
Hammaria ciuitas Episcopalis super emissione
lacus 25 61 15
Mos lacus, & in eius medio
Hosfuuen insula 25 30 61

In eo lacu apparet ostentum, serpens miræ magnitudinis, qui ut Cometæ orbi reliquo, sic is portendit Norduegiæ mutationem rerum. Visus est recentissime anno salutis M.D.xxij. alte eminens super aquas cõuolutus in spiram; existimatus est coniectura collecta procul uisu cubitorum quinquaginta. Et fuit sequutá eiectio regis Christierni. Eiusmodi ostẽta plurib. locis per terrarum orbem euenire ab indigenis referuntur, nisiq́ prouidentia miserata mortales credatur hæc submittere: quomodo Cometas, & cõcurrentes in aere acies, et istiusmodi insolita plura nota historijs: ut exterreat mortales, utq́ longe antea emẽdent per quę in se trahunt imminentia mala: Inquã: nisi ista ab hoc initio prodire credamus, cũ præterea causæ ex naturalibus rebus quesitæ nullæ reperiantur, reliquum est ut spectra, & humani sensus occupati ludibria censeantur, hæc igitur accipiat quisq́ ut libitum est.

Edzuuald castrum 26 60 25
Super emissione lacus Mos, & parte eius australi
Vlensaker 26 20 60 20
Sderhen castrum 26 50 60 15
Super emissione lacus Mos
Oyer lacus scissus ad predictum 27 60
Lacus alius ad hnnc etiam scissus, in quo fontes
Sarps fluuij 25 15 59 20
Lacus cuius medium 27 59 15

Sunt alij conuentus præter eos qui in littorum & lacuum descriptione sunt dicti.

Versus autem orientem montes asperrimi, & qui nullum transitum admittant in Sueciam.

Desertum medium inter duos Conuentus & pertingens à palude uicina ad montes.

Desertum medium inter Vbdal & Orkadal conuentus.
Desertum medium inter Vbdal & Osterdal conuentus.
Desertum mediũ inter Osterdal & Soloyer conuentus quod uenit angusto tractu à lacu Mos & peruenit ad montes circa Vermelandiam.
Desertum ad latus australe paludis in conuentu Soloyer.
Orskagh conuentus post dictum desertum & medium

gradus habet	27	30	60	20
Marker conuentus	28		59	50
Hadhaland conuentus	25		60	50
Hoff castrum	25	30	60	30
Tellemarkia conuentus	23		60	35
Suundhadarlangh conuentus	21	30	60	15
In eò sunt fossiones cupri.				
Innebakka conuentus	26		59	25
Viken conuentus, & in eo				
Olaffzburgum castrum	27		59	10
Insulæ adiacent Norduegiæ				
Stappen cuius medium	26	30	71	15
Hyelsoo	25		71	
Truunis	25	30	70	30
Rodesholm	22	30	70	5
Sanyam insula quæ sic circumscribitur				
Pars borealior				
Balstad	25		69	25
Oyofiord	22		69	25
Littus sequens	22		69	20
Littus sequens	23	30	69	25
Medfiord	23		69	30
Sinus	23	30	69	35
Littus sequens	23		69	20
Berg	23		69	15
Grillefiord	23		68	25
Hinc sequitur latus orientale				
Littus sequens	22		69	30

Inde iungitur capiti boreali, hoc latus alluitur mari dicto.

Sighoslund quasi angustiæ.

Andanas insula cuius medium	42		68	35
Trondanas insula	42	30	68	20
Quedefior cuius medium	42	20	67	50
Londingia cuius medium	43		67	25

Mare inter insulas & Norduegiam dicitur

Tyalleslund Euripus uel angustiæ

Skaffuuen insula	42	30	67	15
Lofoth cuius medium	42		67	10
Langanas cuius medium	41		67	
Vastral cuius medium	41	30	67	30

Inter tres hac insulas mare appellatur Muskostrom id est æstus Hic mare sorbetur intra cauernas accedente fluxu, & reflatur refluxu, quanto maximo impetu deferuntur torrentes, nauigatur hoc mare donec inferius est faucibus scopulorũ, & qui iniquo tempore inciderint, ferũtur præcipites in uoraginem. Naufragiorum reliquiæ perraro redduntur, & si quando redduntur, reperiuntur robora attrita collisione scopulorũ ut lanugine quasi obducta uideantur. Hęc est potẽtia naturę fabulosas Symphlegadas, & formidatam Maleam, & Siculam carybdim, & omnia miracula superans quæ naturam efficere reliquo mari compertum mortalibus est.

Varo insula medium	40	15	66	30

Et quæ in sinu magno Nidrosiæ

Hescho cuius medium	44		65	50
In ea Stenuuikholm castrum	44	40	65	30
Yetreoo cuius medium	42	30	65	15
Tuteren cuius medium	43	30	65	15

In ea Holm monasterium.

Extra sinum magnum, & quæ in ipsis faucibus

Fosen cuius medium	42		64	
Krakouuad medium	40	40	64	
Giska medium	39	30	64	
Alia item insula	38	30	64	15

Item alia	38	30	63	45
Skorpena cuius medium	38		63	15
Kind medium	37	40	62	15
Alia cuius medium	38	25	62	
Askoo	35		61	30
Et in ea caſtrum.				
Et alia cuius medium	38	15	61	
Skuutonas littus eius borealius	38	40	60	30
Littus occidentalius	39	-	60	
Littus auſtralius	39	40	60	5
Pars orientalior & caſtrum	39	30	60	15
Mare inter hanc & Norduegiam dicitur				
Karmslund euripus				
Iomskuuland medium	42	20	59	15
Iarſoo medium	43	15	59	25

Inſulę circum Norduegiam lętiſſimi pabuli ſunt, & non prius menſe Nouembri reducūt pecus in ſtabula, in plæriſq; etiam hibernant.

S V E C I A.

SVECIA Regnum eſt diues argenti, ęris, plumbi & ferri, frugum pecoris, & prouentu immenſo piſcium ex fluminib. lacub. & mari, uenationib. quoq; ferarū. Terminatur ab occaſu montib. Norduegiæ, à Vuardhus caſtro uſq; in finem 51. 63 40 A meridie, linea ab hoc fine uſq; in gradus 53 30. 61 & inde uſq; in gradus 61. 60 30. Super Suetico ſinu, à ſeptentrione fine auſtrali Laponiæ à Vuardhus caſtro uſq; in finem 62. 70. Ab oriente terminatur linea ab hoc fine uſq; in gradus 63. 69. Deinde littore Suetici ſinus ſecundum deſcriptionem hanc. Poſt finem qui dictus eſt habere gradus 61. 60 30.

Rodenſis Ducatus.

Stokholm urbs magna	64	61

Hęc eſt regia & emporium Suecorum, munita natura et artę.

Sita est in paludib. instar Venetiarum, inde sortita est nomen ꝙ sita in aquis fundamenta sint palis stabilita. Mare eã ingreditur duob. ramis tam largis aquis ut naues onerariæ extensis uelis & toto onere inuehantur. Hęc passa est his annis cladem usq; ad singulare exemplum hostilis sæuitiæ, quale non facile reperitur ęditum in urbem per fœdus et pactiones receptam.

Post Stokholm

Littus primum	65		61	30
Lit tus sequens	65		62	
Sequens littus	65	40	61	10
Sinus	66	20	61	30
Littus primum	66		61	20
Littus sequens	66	40	61	30
Littus sequens	66		61	55
Quod sequitur	67		61	50
Quod item sequitur	67	30	62	40
Quod deinde sequitur	68		62	15

Totum hoc littus est sinuosum et portuosum.

Oregrundia portus	69		65	
Elkarlabij portus, & Dalekarlij fluuij ostia	64		63	30

Hic sunt insignes piscaturæ Salmonum.

Gefle portus	64	30	64	20
Tuna portus	63	30	66	40
Extemum littus	63		69	

Lacus sunt in Suecia, in ducatu Iempthię, dubij iuris, quem & Norduegi sibi asserunt.

Lagen lacus, cuius medium	54		66	20

Circumhabitatur frequens, & accolæ suscipiunt magna emolumenta ex piscatione lacus.

Selen lacus	52	15	65	30

Vnde Dalekarlius fluuius emittitur.

Silua inter lacum & Norduegiæ montes.

Lacus super alueo Dalekarlij fluuij medium	56	30	63	50

Toto hoc tractu sunt mõtes auri, argenti, æris et plumbi feraces.

Meler

Meler lacus	55	30	62	30
Emiſſio ad Selen lacum	58		62	30
Pars lacus orientalior	62		61	20

Vnde æſtus reciprocantur apud Stokholm urbem.

Angermanniæ ducatus, tenet ſeptentrionalia ad confinia Lāponię, eius tractus eſt totus ſiluoſus, & ibi in pręcipuis feris uenantur Vros & Biſontes, quos patria lingua dicunt Elg id eſt Aſinos ſilueſtres, tantæ proceritatis ut ſummo dorſo æquent menſuram hominis porrecti in brachia elata.

Midelpathia ducatus eo auſtralior, poſt quem Helſingia ducatus.

Montes ſunt inter duos ducatus extenſi inter montes Norduegiæ & Sueticum ſinum.

Ciuitates & Villæ in hoc tractu

Ballanes	61		67	10
Forſen	60	30	66	50
Liusdal	60	30	66	15
Alta	60	30	65	50

Geſtritia ducatus prioribus auſtralior

Silua inter hunc & Helſingiam latitudinis ſchœnorum x. peruenit autem à Selene lacu ad ſinum Sueticum ſuper Tunam portum, in hoc tractu ſunt foſſiones cupri & ferri.

Ciuitates autem & Villæ in hoc tractu

Henemora	55	30	63	35

Fieringiæ ducatus Ciuitates & Villæ

Enecopia	63		62	
Vpſalia metropolis	62		62	30

Hic conditum eſt corpus Erici regis & Martyris.

Coperdalia ducatus id eſt cupri uallis poſt lemptiam ducatum ad auſtrum, Sub hoc ſunt Dalekarli gens potens armis.

Poſt hunc Veſtralia ducatus priore auſtralior.

Oplandia ducatus, umbilicus tocius Schondiæ.

Ciuitates & Villæ

Veſtrorors urbs Epiſcopalis	58	30	62	50

Inſignis eſt magnitudine & arce munitiſſima.

Arboga super fluuio qui in Meler lacum effunditur	52	35	61	30
Fontes fluuij	52		63	

Concipiuntur in montibus qui sunt ad Dalekarliam

Pircho	60		62	

Super boreali littore Meler lacus. Fuit olim urbs magna & quæ armaret xiiij. m. hominum, nunc bellis redacta est in oppidi formam.

Totus tractus Oplandiæ habet fossiones argenti, cupri & calibis.

Sudermannia ducatus tenet australiora lacus Meler & Ciuitates & Villæ in hoc tractu

Strengenes Episcopalis	57		61	20

Hic conditum est corpus Esthilli Episcopi & Martyris

Nicopia	60		61	

Est insignis munitissima arce.

Sictuna	60		61	20

Super meridionali latere Meler

Telge	60	30	61	30

Super australi parte lacus Meler. Hic conditũ est corpus beatæ Ragnildis reginæ Sueciæ.

Neritia ducatus, in eo Ciuitates

Orebro castrum	53	30	62	

Eius ducatus alumna & Princeps fuit Beata Brigitta.

Insulæ & scopuli adiacent Sueciæ quorum medium

gradus habet	67	30	61	30

Oonæ à ueteribus dicuntur, manetq; eius nominis ratio hoc etiã tempore, est enim in his innumera copia auium, incolęq; proximi littoris adnauigant mense Maio dum aues incubant & prædantur oua, condiuntq; sale, & seruant in multum tempus ad cibum.

Both-

BOTHNIA

BOTHNIA sic dicta est à preciosis pellibus omnis generis quæ inde ad exteriores terras exportantur. A quibus & piscatione questum non minimum capit, Salmones laudatissimi hoc littore capiuntur, suntq; apud hanc gentem maximæ opes. Est autem duplex Bothnia, hæc à septentrione dicitur Nordbothnia, & terminatur fine australi Laponum

usq; in finem	78	30	69	
Ab oriente terminatur hoc fine & usq; in gradus	78	30	68	20

Ab occidente, linea terminante Sueciam uersus orientem.

A meridie reliquo sinu Suetico, à fine qui

gradus habet	63		69	
Chymene emporium	65		69	20
Extensio prima	67		69	
Extensio secunda	73		68	50
Finis orientalis qui dictus est	78	30	68	20

OSTROBOTHNIA

OSTROBOTHNIA ab oriente terminatur à prædicto fine littoris maxime orientalis. A meridie linea extensa per montes ab hoc fine usq; in

gradus	71		66	

A septentrione & occidente, sinus Suetici parte. Post littus

quod dictum est habere gradus	71		66	
Corsholm ciuitas & castrum	68		67	20
Littus sequens	67		68	20
Littus sequens	68		68	20
Extensio	70		68	20
Finis ultimus	78	30	68	30

GOTHIA

GOTHIA interpretatur bona, Dei quoq; appellatio lingua germana est Goth id est bonus. Gothi quo tempore sobolem emiserint ad nouas querendas sedes, & quando Meotidis & Asiæ littora occuparint, nulli ueterum: quod ego compertum habeam: meminerunt. Fuerunt autem cogniti ex tempore quo Romani imperium per Illyridem ad Danubium usq; promouerunt, atq; adeo ab ætate Cæsaris dictatoris & Octauiani Augusti maxime inclaruerunt, bellis maximis gestis super Danubio Imperij limite. Tamen sub hac etiã claritudine, quæ Gothia esset, & quo terrarũ loco sita, undeq; Gothi oriundi essent, ignoratum ad hanc ferè ætatem est. Terminatur hæc à septentrione fine australi Sueciæ. Ab occidente reliquis Norduegiæ montibus qui sunt à Sueciæ Limitæ ad Trolhetæ fluuij ostia. A meridie & oriente terminatur mari, secundum descriptionem hanc,

Post Trolhetæ fluuij ostia, quæ dicta sunt habere

gradus	26	30	58	30
Lodhusia portus & emporium	26	25	58	30
Vuardburgum	27	20	58	30
Est insignis arce munitissima.				
Halmstadt	27	10	58	10
Helsinburgum	27		57	25
Est insignis arce.				
Landskrona	27	30	57	30
Malmogia portus & emporium	29		57	
Rothnabij	52	30	57	
Auscher	56		57	20
Calmaria urbs magna	57	30	58	
Est portus & emporium, habetq; arcem quæ operum magnificentia certat cum arce Mediolanensi				
Cronabech	58		58	20
Vuesteruich	59		58	30
Stegholm	59	30	59	

Ostro

Ostrogothorum littus

Sudercopia & emporiũ et portus	59		59	50
Nordcopia & Motalæ fluuij ostia	60		60	
Promontorium	60	40	60	30

Hinc iungitur littori Sueciæ. Hoc littus Gothię teneri ait Plinius gente Hilleuionũ, uerba eius sunt ex libro quarto. Quarũ clarissima Schondania est incompertæ magnitudinis, portione tantum eius: quod sit notum: Hilleuionum gente quingentis incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Clarissimum testimonium ex tanta antiquitate cum frequentiæ tum magnitudinis Schondiæ. Licet hic deprehendere causam q̃ Gothia apud ueteres ignorata fuit, quoniam terras eas diuerso nomine Hilleuionum populorũ recenserent.

Lacus insigniores

Vener lacus, pars eius occidentalior	50		62	20
Finis eius uersus meridiem	49	30	61	20
Trolhetæ fluuij emissio	50	30	60	45
Lidecopia ciuitas super lacu	51		60	10

Vnde lacus contra septentrionem conuertitur latere orientali

Littus sequens	52		61	20
Pars borealior	53	30	62	15
Tingualla oppidum super lacu	52	10	62	50
Hic sunt fossiones ferri optimi				
Littus sequens	51	50	61	30
Quod ad boream	51	10	62	
Or fluuij ostia	51		62	30
Fontes fluuij	51	30	63	30

Ab his fontibus perueniunt montes ad fines Norduegiæ super linea terminante boreale latus Gothiæ.

Finis montium uersus orientem	54	30	61	50
Vether lacus, pars eius borealior	56		60	40
Qua latissimus est	53	30	60	50
Ianocopia clarum oppidum super australi latere	54	30	60	15

Motalæ fluuij emissio 55 30 60

Vastena oppidum super lacu 55 30 60 20

Est insigne monasterio & conditorijs beatarum Brigittæ uiduæ & filiæ Catharinæ.

Rogsen lacus medium 56 60 15

Hunc medium influit Motala fluuius.

Bolem lacus cuius medium 50 30 58 15

Amplectitur insulam cultam & diuitem.

Somen lacus latus occidentalius 53 30 59 20

Echesio oppidum 53 30 58 50

Huetlandia oppidum 54 58 40

Latus orientalius lacus 55 58 20

Latus borealius 54 30 59 10

Ciuitates aliæ mediterraneæ

Dalia ducatus tenet occidentaliora

Vermelandia ducatus, & eius

Tingualla ciuitas 48 30 62

Hic sunt fodinæ ferri, & hunc habent dubij iuris Norduegtani & Gothi.

Vestrogothia ducatus, & in eo ciuitates

Scaris 49 30 60

Varnen 49 40 60

Hic est insigne monasterium ordinis S. Benedicti ubi sunt sepulturæ ueterum Regum.

Falacopia 49 40 59 30

Habet nomen à nundinis equorum qui hic uenduntur.

Kindia Comitatus 49 59 10

Ostrogothia ducatus, & in eo ciuitates

Schenningia 52 30 59 40

Hic condita sunt corpora beatarum uirginum Ingridis, & Mechtildis.

Lincopia ciuitas episcopalis 55 60

Aduidh uicus 57 59 40

Hic sunt fodinæ ferri & æris

Hallandia ducatus & in eo ciuitates

Væ	59	30	58	10
Aus	59	30	58	
Lundis metropolis	50		57	30
Smalandia ducatus ferè extenditur à lacu Bolem usq; ad				
Tuischiam ducatum in gradib.	57		58	30
Verendia ducatus australior Smalandia, & in eo				
Vexio ciuitas episcopalis	52	30	58	
Blechingia ducatus prædicto australior				
Moringia ducatus, & sub eo ciuitates				
Kronabech	56	20	58	35
Vuesteruuich	57	20	58	30
Insulæ adiacent Gothiæ				
Duarum quæ borealior	62	30	60	
Quæ australior	60	30	59	20
Elandiæ insulæ situs				
Pars quæ occidentalior	57	30	57	30
Borgholm castrum	59		57	10
Pars orientalior	61		57	20
Latus medium boreale	59		58	
Gothlandiæ insulæ situs				
Primum littus	61	30	58	5
Quod sequitur	62		58	
Littus quod sequitur	63		58	15
Littus sequens	62		59	
Quę uergit contra occid. latus	63		59	20
Visbi ciuitas	61	30	52	15

Emporium fuit antiquum celeberrimum instar eius apud Genuam Ligurum. Postea Danorum & Moschorum piraticis excursionibus afflictum, desertum est, Extant hodie ruinæ testantes ueterem claritatem. Fuerunt hoc loco prima statiua Gothorum qui Meotidem occuparunt. Est hodieq; fertilitate agri & arce & Monasterijs insignis, in reliquis est Cœnobium ordinis Benedicti apud quod est bibliotheca circiter duum milium & auctorum & Codicum ueterum.

FINLANDIA

FINLANDIA, dicta est pulchra terra uel ut significantius dicam fina terra, quomodo finum aurum & argentum uulgo dicunt. Plinius post eum locum adductum in Gothia huius continue meminit. Nec minor est opinione Eningia, quod & ipsum est nomen idiomatis Gothici & omnino germani, & cuius formæ plura alia sunt in hoc commentario Schoningia, Plechingia, Helsingia, Semingia, & alia per germaniam Tillingia, Groningia, Lotharingia. Tamen non in à exeunt pro analogia Romani sermonis sed in ing, Tilling Lotharing, atq; hæc nostra Eining, quod ipsum nomen singularem notat, q terra sit eximiæ fertilitatis. Idem Plinius uisus est eam appellasse Finnoniam. Verba eius sunt ex eodem libro, loco paulo superiore, Insulæ q̃ plures sine nominibus eo situ traduntur, ex quibus ante Scythiam quæ appellatur Pannonia. Certe enim sinus Finnonicus hodie quoq; à Finlandia appellatur, Ipsa etiam Scythiæ occursat & extra totum Tanaim id est Europæ limitem longe procurrit in Asiæ fines. Q uero nomen uidetur non respondere, id fuerit q locus corruptus est, ut alij in hoc auctore nimis multi, & ex Finnonia siue Phinnonia lapsus in Pannoniam nimis est procliuus, cũ hæ uoces minimum differant scriptura & sono, ut ergo adulterina uox facile pro germana posita sit ab eo qui Pannoniam & nouerat & legerat, Phinnoniam autem nouam habebat, & incompertam. Habuit Eningia antiquitus titulum regni: tanta est eius amplitudo: nunc titulum Dinastiæ, tenetq; eam Sclauonũ gens & lingua. Fuit superiori ætate ritus græci donec dominum habuit Moschum. Hoc uero tempore sub rege Sueciæ existit, & cõmunionem occidentalis ecclesiæ tuetur. Vina Hispanica inferunt multa copia, & quo ea gens ad plurimã liberalitatẽ & hilaritatem utitur. Terminat à septentrione

linea australi Ostrobothniæ quæ dicta est & per montes extenditur. Ab occidente mari Finnonico secundum descriptionem hanc à fine lateris borealis & habet

gradus	71		66	
Occidentalis lateris descriptio				
Littus	71		65	
Custa castrum	70	30	62	15
Abo ciuitas	71	30	63	35
Rasburgum	71	35	62	30
Hangoo promontorium	72		60	30
Ancoper fluuij ostia	75	20	61	30
Viburgum	78		61	30
Nouum castrum	78	25	63	15
Tauastiæ domus	79	35	65	30
Lacus Peynthe				
Caput ipsius borealius	75	25	66	
Super occidentali latere	72	15	65	
Quod sequitur	75		63	25
Ancoper fluuij emissio	76		63	15
Super latere orientali	76	30	63	25
Inde coniungitur priori capiti				
Ciuitates & uillæ mediterraneæ				
Satacundiæ ducatus				
Domus regia castrum	76	15	68	15
Achas	75	25	68	
Huittis	76		67	30
Pirchala	76		67	15
Sastamala	76		67	5
Kijri	76	15	67	
Tauastiæ ducatus				
Pelchene	76	30	66	15
Sexmeche	76	20	65	55
Hauo	76	35	65	25
Hactolo	76	25	65	30
Ianakala	76	30	65	

Vano	76	35	65	
Lampis	77	15	62	55
Holola	77	30	62	25
Itamal	77	15	62	30
Padas	77	15	62	20
Iochi	77	15	62	15
Iemſe	77	30	62	25
Sismes	77	30	62	
Karelia ducatus				
Sagholax	77		63	
Lapaueſi	77		63	20
Ieskes	76	35	63	10
Egrepe	76	35	62	25
Semingia	76	35	62	35
Iochas	76	35	62	30
Kiuaneb	77	35	62	20
Nikirkia	77	5	62	10
Id eſt noua Eccleſia.				
Vekelax	77	5	62	
Pittis	76	35	61	20
Occidentalius latus tenent qui magis ad boream.				
Nordfindlandia id eſt borealis Finlandia ducatus.				
Agreminne	72	25	65	30
Vermo	73		65	20
Agero	71	25	65	10
Nouſis	73	15	65	15
Moſcho	73	15	65	10
Tetola	71	35	65	
Reſſa	73	30	65	
Nikirkia	72		65	
Ioky	73		62	
Ragna	71	30	62	25
Poyte	72		62	55
Toueſala	72		62	35
S.Katherina	73	25	62	35

Vemo	72		62	30
S. Martinus	72		62	
Pikke	73	25	62	20
Suderfinlandia id eſt auſtralis findlandia ducatus.				
Pargas	72		62	30
Kymitte	72		62	
Nadental id eſt uallis graciæ	72		63	50
Kymittele	72		63	50
Saiu	72	25	63	20
Nau	72	15	63	20
Pemara	73		63	35
Corpo	72	30	63	35
Halikko	73	15	63	30
Vſchele	73	15	63	20
Bierno	73	30	63	15
Permo	75	15	63	15
Nilandia ducatus				
Tenala	72	35	62	55
Berga	75		62	55
Payo	73	15	62	25
Karis	73		62	35
Sybo	75		62	35
Victes	73	25	62	30
Loyo	72	25	62	20
Helſingia	75		62	20
Ingoa	73		62	15
Espoa	75	15	62	10
Kirkioslech	72	15	62	
Inſulæ adiacent Findlandiæ				
Nerpia				
Caput	68	30	66	
Pars occidentalis	68		65	30
Pars auſtralis	69		65	15
Pars orientalis	69	20	65	30

Alandia insula				
Caput borealius	70		62	30
Extensio ad occid.	69		63	25
Quod sequitur.	69		63	
Littus sequens	69	25	62	50
Conuersio ad boream per latus orientale	71		63	30
Vnde iungitur capiti				
Oxiliæ insulæ situs				
Caput borealius	70		60	25
Quod sequitur lateris occid.	69	30	60	25
Quod etiam sequitur	68	30	60	
Quod maxime australe	69		59	30
Deinde quod lateris orient.	72	30	59	25
Latus medium	71		60	15
Quod sequitur	71	30	61	
Vnde iungitur capiti.				

FINIS

CHRISTI ERNI SECVNDI REGIS DANMARCHIAE CRVDElitas perpetrata in proceres Sueciȩ & populum Holmensem.

VRBIVM & populorum clades ab hostili manu perpessas, & Tyrannorum iniurias in ciues, multas & memorabiles legimus per omnem historiam, tam magna miseratione erga afflictos q̃ summo odio in illos qui suo scelere maleficia in obnoxios exercuerunt, sed nulla atrocior à memoria historiæ accidit q̃ his annis Suecis, & Stokholmiæ regiȩ eius gentis urbi. Alijs inter obsidendum induciæ profuerunt, mutui congressus liberi fuerunt sine malefitio, si pacta inita, si icta fœdera, hæc sancte seruata sunt, si urbs autem expugnata, sæuitum in fortunas iure uictoris fuit, & in ȩtatem præcipue quȩ arma ferret & nocere parata esset, neq; quietura donec incolumis foret, uidelicet, repensum fuit quod passuri erant uictores fortuna inclinãte. Q; si incendio & cœde omnia miscerentur hic aut proditio, aut defectio, aut graue aliud flagitium obsessorum prȩcesserit, quod hostem irritaret & faceret pene iustũ: Tyrannorum etiam uiolentia: de exemplis dico gentilis historiȩ: in paucos ciues: qui inculpata undiquaq; uita essent: ita deliquit, ut sine uenia debeant criminari. Qui enim pœnis subiecti fuerũt, si in eadem statione ipsi fuissent: quo erant ingenio: similia aut funestiora ȩdidissent in ciues. Repetamus à Tyberio ad Maxentium: quem Constantinus imperio depulit: historiam Romanam, Quicunq; in capitis discrimen adducti sunt, ijdem ferè sub alio domino capita ciuium detulerunt, siue palatinos fumos uendiderunt, siue iudicia corruperũt, uel ubi

ſcelere publice carerent, tamen domi in ſeruitia ſupra barbarum morem ſæuierunt, ſeruitia diurna opera in agro attrita in ergaſtulis habuerunt, nuditate & fame afflixerunt, infirmos tecto protruderunt, in uias abiecerunt, alios: ob leuem offenſam: barbaricis notis inuſſerunt, in harenam produxerunt, feris laniandos, totis theatris uoluptatem domeſticorum ſanguine prebuerũt, Tales quid crudeliſs. tormenti exciperent à Tyberio, & Caligula, & Domitiano quod non eſſent meriti propter admiſſum alias ſcelus in humanum genus? Innocentes uero habiti ſunt, eatenus, ꝙ præſentis accuſationis rei non eſſent, Tyranniq́ꝫ ſub hoc in inuidiam crudelitatis adducti ſunt, quia non ob conſcientiam nocentioris uitæ uindicandæ, ſed per ſcelus ipſi quoqꝫ cœdem facerent, In cætera, ei patellæ hoc operculum congruebat. Populus uictor, frequens ſedit totis theatris, exhibuit ſibi ſub eodem ſpectaculorum die paria ccc. gladiatorum, feras, leones, urſos, pantheras & indomitos boues eodem numero quos ſe mutuis uulneribus conficientes uideret ad uoluptatem, captiuos quoqꝫ adductos ex deuictis prouincijs, domi honeſte natos, ſuis fortunis præter cuiuspiam iniuriam fruentes, iure autem gentium pro libertate patriæ, incolumitate fortunarum, ſaluteq́ꝫ parentum, uxorum & liberorum pugnantes, & triumphatos circumduxit in cathena, attraxit in harenam, obiecit cruentis feris, aut coægit in mutuas cœdes. Hic ille populus ſpectator qui humanũ ſenſum exuit, ſeq́ꝫ ad omnem immanitatem obfirmauit, neqꝫ ſatis pœnarum ſumptum ſibi à uictis credidit per conſiderationem ꝙ miſeri patria carerent, fortunis exuti, exarmati & ad reliqua innocui eſſent, qui in graui chatena conſtricti, male præterea cruciarentur pro uxore & liberis diſtractis, pro pudicitia uiolata, pro ſalute omnium deſperata, quoniam & uitæ & necis ius ſitum penes alienum dominum noſſent, Idem qui nihil tantorũ malorum recordatione ad miſerationem in reliquum moueretur quin imperaret magis laniationem fœdum in morem, quid immeritum & ſua indignum uirtute ſuſtineret ſub Caligulæ quãuis atroci uoce? uel ſub commodi milite prætoriano, qui in

Thea-

Theatrum immissus populum funestæ & iuxta barbaræ arenæ spectatorem propulsauit, terrore & fuga tumultuantem inuoluit, ut plurimi obtererentur, fatebitur, quicunq; mores pro æquo expendet, crudelitatem omnem Tyrannorum fuisse mitiorem obliuione tanta naturalis iuris, & carnificina: communi applausu theatri: admissa in genus humanum. Ista commemorarim non equidem pro uoluptate insectandi, sed necessario exemplo, unde inter populos etiam eadem passos, interq; Tyrannos eadem agentes discrimen fieret atrocitatis facti, nō enim conueniat, ita factum referri, ut arbitrio legentis stet qui immerentis casum, ex nocentis exemplo spectatum æq; leuiter ferat. Ergo is intelligat, populum unum Holmensem purum sceleris, nihil in uita admittentem in genus humanum, nō in ipsum hostem Danum, ut quem se obsidentem pauit in dura fame, quo cum fœdera icit, quem ultro in urbem admisit, regem prope constituit, eum populum sub Dano sacramenti & religionis desertore, dextræ datæ & Syngraphi conscripti, iuris diuini & humani euersore pertulisse mala, qualia nullus præterea populus omnia simul, sed alius aliud malum, & idem aliud alio tempore passus sit. Huius calamitatis ordinem narrare institui, existimans idem solatio futurū populo Holmensi, si is uideat Danum qui hęc perpetrauit ferre infamiæ suæ notam ad posteritatem, usui etiam plurimum reliquis profuturum, si qui simi lia facere in obnoxios possunt, ijdem unius publica execratione deterreantur, cum uiderint Tyrannidis memoriam durare post funus, referreq; acclamationē ut humani generis hostes Deo & homine approbante ęternum damnentur.

REI GESTAE NARRATIO.

REGES Danmarchiæ ſæpe alías Regnum Sueciæ armis tentarunt, cupiditatem faciente ipſis uicina Norduegia quam olim factione & armis oppreſſiſſent, pulcherrimum fieri exiſtimantes, ſi totam continentem: quam Schondiam dicunt: ſub unum imperium contraxiſſent. Inuitabant præterea eadem quæ cæteros mortales, domi opes minime inſignes, Norduegia à ſe exhauſta, Suecia autem & Gothia integræ ad huc, plęnæq; argenti & æris, ita aliena felicitas magnum his ſtudium iniecerat querendi opes ex alieno. Hoc domeſticum exemplũ ſequutus Chriſtiernus ſecundus Rex Danmarchię, Sueciam armis occupare annixus fuit. Verum ubi Suecis: in eadem conſilia hoſtis propulſandi: concordibus, uidet bellum futurum multo grauius ſuis uiribus, ad artes conuerſus: quales illi ubiq; ſupererant: factionibus diſſociare Suecos laborauit, ergo ſolicitat quoslibet ſeditioſos, qui genere, opibus & ingenio improbo ualerent, in his ſe principem geſſit Goſta uus, titulo quidem Archiepiſcopus Vpſalienſis, uerum neq; ætate, neq; integritate uitæ par ei profeſſioni. Is anno à nata ſalute Chriſtiana M D xvij. partes Dani curare aggreſſus aperte fuit, tantisq; animis, ut opes domeſticas, gratiam apud ciues, pietatem in patriam, religionis ſtatum, ipſamq; uitam ſuam proderet pro peregrino domino conſtituendo. In eum euentum munit arces, cogit occulta conſilia conſciorum, plures ad defectionem perducit. Huius conatus perſentiens illuſtris Princeps Steno Sture, idemq; præſes regni Sueciæ per interregnum, Archiepiſcopum compellat, monet, & maiorum malorum timore deterret, ut deſiſtat inceptis, ſed is neq; iuſtis poſtulationibus, neq; reuerentia in patriam dimoueri à ſententia potuit. Quam hominis peruerſitatem Steno cognoſcens, mouet arma, & obſidet Epiſcopum in arce Stecho. Danus cum per nuncios intellexiſſet, quanto in periculo eſſet ſocius,

cius, legit domi militem, & nauigatione celeriter confecta, properabat impedire obsidionem. Quo loco pugnans cum Stenone superatur, ita concisis copijs, & deserto Episcopo redijt in Daniam. Episcopus cernens res suas desperatas, Stenonem in colloquium uocat, permittit se arbitrio ducis, se Ecclesia Vpsaliensi, & publica functione cessurum, se priuatim post hac futurum, & quaslibet conditiones admissurum spondet, tantum ut sibi patria ignoscat. Videbat̃ illud ex animo uelle, & atrocitas proditionis ea fuerat, ut omni profligatæ conscientiæ posse inducere pœnitentiam uideretur. Sed erat: quod sequens historia ostendet: fictio ex præsentis periculi necessitate adornata. Ergo annuit Princeps supplici, eatenus, q̃ omittit oppugnationem, uerum causam permittit integram cognitioni Conuentus regni. Hic cognitum fuit, Archiepiscopum, per leges patrias excidisse fortunis & uita, tamen per publicam indulgentiam utrunq; illi donatum, in cætera autem ita decretum fuit, Ecclesia Vpsaliensi abstineat, reliquamq; ætatem apud agrum paternum priuatus uiuat. Danus hoc secundum incõmodum accipiens, uidelicet, caput totius factionis suæ exarmatum, nec superesse alium qui uicarium bellum administret, rem gerere apertis uiribus cepit, conscribit magnum exercitum ex milite domestico & peregrino, & in Sueciam transportat, & obsidione cingit Holmiam regiam. Vrbs est insignis magnitudine, ad sinum Finnonicum: quem paulum deflexa uoce Vennedicum ueteres dicunt: in circumfluentibus paludibus sita, Mare etiam ei se multa parte infundit, ita ut situm assimilem habeat Venetiarum, Ergo hanc natura & munitionibus, ciueq; & conducto ex agro milite munitissimam expugnare, obsidionem quoq; diu sustinere posse desperabat. A pabulatione enim prohibebatur per militem Suecum, etiam laborabat miles fame tam acerbe ut ad cibos infames fuerit compulsus. Duo prope menses transierant ab aduentu in Sueciam quod omnibus incommodis conflictabatur, nec reditus in Daniam dabatur aduersan-

tibus uentis. Ergo omnibus consilijs exclusus quæ manu & uirtute impetrasset, conuersus ad dolos petit inducias bello, Steno ut excelso animo erat, concedit inducias, facit præterea exemplum clementiæ & munificentiæ in hostem prope singulare in omni historia, mittit in castra multa iuga boum unde confectum fame hostem subleuaret. Danus sane existimans hominem qui tam benigno affectu tanquam iudulgenti natura esset, eundem & esse ingenio simplici & minime suspicaci, simulat præcipuum fauorem in Stenonem, & se ostendit percupidum uisendi Principis, & colloquendi, ad hocque impetrandum mittit in urbem obsides, atque eo prætextu euocat in castra Stenonem ad colloquium, Is plane uenit in sententiam Dani colloquendi, haud quaque satis exercitatus ad eiusmodi fraudes deprehendendum, iamque properabat ad manifestum exicium nisi Senatus Holmensis intercessisset. Danus ut uidit hac non successisse dolos, aliam fraudem confingit. Se ait accessurum in urbem, modo impetret obsides salutis suæ. Hic uero Steno persuasus deligit nobilissimos ex iuuentute, In quibus fuit Illustris Gostauus Erichson: quem hodie fœlicissimum Regem Suecia habet: hi se permittentes fidei & Syngraphis Dani, ad naues ueniunt, quos is comprehensos in uincula conijcit, atque mox in altum prouectus in Daniam cum preda enauigat. Illic Gostauus unus illustrissimus obsidum, furcam ante hospicium paratam sibi, & plures mortis imagines comperit, uitamque habuit in omne momentum suspensam, tamen clarissimis historiæ exemplis quibus maximi sæpe reges per desperatos casus uenerunt ad regna, ijsdem & Gostauus seruatus à prouidentia uenit ad Regnum. Post hanc fugam quieuit Danus annos quatuor quibus opes & militem confirmauit. Quibus ubi curatum satis putauit mittit exercitum in Sueciam. Steno celeriter occurrit paratis copijs suis, pugnaturus priusquam hostis à iactatione maris confirmaretur, fit pugna, in qua dum præses primas in acie partes obiret, occiditur, corpusque refertur Holmiam.

Fuit

Fuit tanti principis cœdes patriæ q̃ suo maiore detrimento, tunc enim factiones inter primates Sueciæ recruduerunt, & sub discordia potentissimus Suecorũ exercitus dissipatus est, & Danus ad interiora Sueciæ ex sententia penetrauit, tunc etiam Gostauus Episcopus occiso proditionis suę uindice pro uolauit ex latebris in quas damnatus fuerat, Ecclesiam Vpsaliensem repetit, huius opibus se confirmat contra patriam. Quos suorum successus ut Danus accepit, uenit etiam ipse ad exercitum, & contractis omnibus uiribus pergit rursus Holmiam obsidere, non quia capiendam armis speraret, sed expectaret occasionem unde illam insidijs circũueniret. Erat in urbe Christina, uidua ab interfecto marito Stenone, hæc Principem locum adhuc retinebat, hanc hostis solicitat ad honestas conditiones, nihil non suscepturus quodcunq; pactorum proponeretur. Christina & Senatus Holmensis respondent, Populo Holmensi non opus esse aliquibus conditionibus qui liber sit, & suo iure uiuat, sitq; armis longe potentior, tamen se admittere conditiones æquas quo pax in reliquum sit, deinde capita proponunt conuentæ pacis, Rex patrias leges sibi inuiolabiles seruet, ciuium libertatem infractam uelit, offensas remittat omnium qui arma contra susceperunt. Danus ut fidem certiss. faceret se hæc capita rata habiturum addit longe etiam plura, plæna moderationis & clementiæ in populum Holmensem. Itaq; conuenit, interponitur religio sacramenti, Syngrapha conscribuntur, & adhibentur omnia instrumenta quibus pacta & fœdera publice suscepta ad posteritatem communiuntur, his artibus persuasi ciues hostem intra mœnia recipiunt, authoritatemq; urbis sequuta est multa pars regni. Hactenus esse legitimus Rex credebat, & Danus in suscepta dissimulatione durauit donec se & militem recrearet, & arcem cõmuniret, nec diucius moratus uocat ad cõsilium Danos, aperit eis uoluntatem cœdis patrandæ in ciues, rationem querit, quẽ admodũ cœdes facta putetur se ignaro & inuito. Fuerũt quib. placeret seditionem quasi militarem excitari in urbe, sic posse censebãt fortunas diripi & necari ciues ut integrũ regi sit dissimulare

mulare imperatū ſcelus. Non placuit ea ſententia multis, nam per ſeditionem excitatam liberum fieri aiebant etiam Ciui reſummere arma, q̄ ſi fieret, Danos primos futuros in deſperatione ſalutis. Magis id placere, ut Rex publice cōuiuia inſtituat per omnes ordines, eos uero qui potentia & nobilitate pręirēt uocaret in arcem, ita ſpecie beniuolentiæ coactos & hoſpitali iure ſecuros ſibi, fieri obiectos arbitrio regis. Probauit Danus conſiliū, & ſi à diſſimulatione priori excludebatur ſceleris imperati. Inſtruit conuiuiū pro regio luxu, ipſe ſe effingit ad omnem ſpeciem comitatis & hilaritatis, Sueci idem & ex animo faciūt, ignari q̄ impenſas forent hoſpiti ſanguine ſuo ſoluturi. Triduo toto excepit conuiuas eodem apparatu, iamq́; aderat dies cœdi deſtinatus, cum immittuntur ſatellites, & cōprehendunt conuiuas, coniijciuntq́; in carcerem. In diem ſequentem, portæ urbis communiuntur, præſidiaq́; intus per regiones diſponuntur contra ciuilem uim, tubicines autem à prima aurora iuſſi ædere terrificum clangorem per totam urbem, milites iuſſi adeſſe graues armis, & qui ſtudio ſe efferarent in truces uultus, deinde hoſtili fremitu, & armorum concuſſione timorem omnibus incuterent perdendæ urbis, uidere etiam erat tormenta ænea diſpoſita tota uia quæ ab arce ad forum: quaſi priuata & publica continue deiectura, mixturaq́; ruinas cum ciuibus. Species erat plæna rerum mortalis formidinis, & omnes pendebant dubij ad imperium Dani. Cum regia repente aperitur, & producuntur duo epiſcopi, Vincentius Scharenſis, & Matthias Strengenenſis inter medios carnifices, nō quidem quiete, ut poſſent meminiſſe: quod ait poeta: quę ſit fiducia capto, ſed uelluntur, truduntur & retruduntur, hi uero ut uiros graues, & ſua dignos profeſſione decebat, nequaquam gerebant uultum abiectum, ſed modeſtum ad uenerandum oris habitum. Vbi ad ſupplicij locum uentū eſt: hæc area erat ante conſularem domum: Epiſcopi orant fieri ſibi poteſtatem ſacerdotis cui faciāt exhomologeſin. Qui his negatus eſt, ſed abijciuntur carnificum manibus in pauimentum, atq́; proſtrati truncantur capite, plęni ſancti deſiderij

offe-

offerendi animas suas expiatas deo. Post hos, proceres producuntur quicunq; pro patria asserenda se strennue gessissent. Inde ab arce trahitur senatus Holmensis, et totus trucidatur. Proponitur postea tabula proscriptionum, hic satellites discurrunt per urbem et proscriptos perquirunt, qui omnes protracti fuerunt. Nam in urbe clausa remedium fugae nullum erat. Trucidatis omnibus qui designati erant, fit impetus per militem in promiscuam plebem, quae ad crudele spectaculum confluxerat & passim ceditur. Inuaduntur quoq; domus & inermia corpora ad carnificinam attrahuntur. Cum uero ad hunc tumultum, plurima pars ciuium sese in obscura loca abiecissent & sentiret Danus plurimum deesse crudelitati suę, proponit edictum è domo consulari quo continebatur impunitas omnium, ibi infoelices ciues: toties quamuis decepti: se credunt mendacib. edictis, & prodeunt in publicū, in quos priore exemplo immittit satellites & fit coedes toto die & usq; in noctem, sequentib. etiam dieb. continuis reliquię coedūtur. Et ne nullus nouo mortis genere absummeretur, hoc enim statuerat animo suo Danus ut perfidia et sęuitia superaret omnes & qui fuissent, & qui post futuri essent. Corripit quendam Ioannem magnum, quem suffixit cruci, nudum membris omnibus. Is diu de cruce loquutus, suam innocentiam deo permisit, multa etiam ad ciues questus de statu rerum, quo Danum iritauit, quare misit satellites qui uirilia abscinderent, quae abscisa, proiecta sunt in faciem pendentis. Latus postea est transuerberatum tam uasto uulnere ut manibus rimarentur cor, quod extractum, & ipsum abiectum est in faciem mortui. Nulla humani ingenij uena tam diues est, nullaq; oratio apposita satis reperiri potest, quę hanc saltem ex om̄i reliqua crudelitate particulam digne insectetur. Tyrannus, supplicium quod cōsensu humani generis abolitum ob Christi seruatoris reuerentiam: qui id tormentum conspiratione impiorum pertulisset: quod ignoratum mille annis fuit, quod Turca: Christi quamuis implacabilis persecutor: uix uno et altero exemplo in christianos hac aetate in imaginum exprobrationem expendit. Idem sup-

pliciū Tyrannus qui dici hactenus christianus uoluit, reuocet ad pœnam innocentum? nihil in religionem & leges delinquētes, pugnantes autem sub imperio patriæ contra hostem alienam possessionem inuadentem? Et quod ipsum is nunc ignorauerat: quod ipsum & ciues nouo merito deditionis redemerant, si quod benefactum, si quod syngraphum, sacramentū, si qua dextra data plus perfidia, sæuitia & cōtemptu religionis apud Tyrannum ualuissent. Is Ribingam familiam præcipue est persequutus, adeo ut cum deesset iam cœdi firma ætas, ad impuberes sit conuersus, quos comprehendit, & coma constricta in nodum suspendit à catasta, & immisit spiculatores qui ceruices puerorum præscinderent: truncis corporibus decidentibus in terram: Corpora omnia occisorum comportari in forum iussit, subiecitq; oculis & satiauit ferum animum suo immani scelere. Triduo iacuerunt trunca corpora uolutata et fœdata cruore suo horrandum in modum. Post iussit per cloacarios eijci extra urbem. Cadauer Stenonis: quem pugnantem pro ciuibus diximus occubuisse: extraxit sepulchro, quo cadauere sub oculos reddito, tanta rabie Tyrannus correptus est ut illud morsu appetiuerit, canis sepulchralis more, Posthumum etiam Stenonis, eodem mense natum, sepultumq; erui iussit. Omnia cadauera congesta cremata fuerūt, & cineres dissipati. Exhausta ad hunc modum urbe uiris, ad rapinas cōuersus fuit & uiduas, & orbos parentibus liberos omnibus fortunis spoliauit, nulli rei prophanæ & sacræ parsum fuit. Quanto tempore Tyrannus ista perpetrauit, portas urbis tenuit clausas ne qua fama cœdis ad prouinciam perueniret, & bellū moueretur pro scelere uindicando. Incendio etiam abstinuit, credo ex illa causa, quia latere non potuisset, secura enim omnia et quieta esse uoluit sibi nunc in fugam spectanti, quod unum uidebat præsidium superesse impunitati sceleris perpetrati. In itinere in Monasterium diuertit; Ei nouæ ualli nomen est: Monachi loci Tyrannum benigne excipiunt, & omnia ministrant pro facultate, simulabat etiam Tyrannus gratam sibi esse eam promptitudinem. Die quin etiam festo: is erat purifica-

tionis

tionis uirginis: adiuerat templum, sacrum more christiano spectauerat, nullum ubiq; indicium maleficij quod tractabat fecerat, cum uix digressos ab altarib. monachos iubet cõprehendi, inijci uincula & in profluentem abijci. Abbas forte liberauerat manus, & enatabat, cum ministri sceleris adnauigãtes hominem uulnerib. appetunt, donec is sanguine et uirib, defectis mergitur, sic Tyrannus cœde & preda opimus in Daniam uenit. Pręsidium quod is urbi Holmensi imposuerat: quodq; solum fuit uirilis sexus in perdita urbe: excursionibus, rapinis, cœdib. & omni genere malefitiorũ afflixit Sueciam, sat agens modis omnibus animo Tyranni et pręscriptę formulę sęuitiæ quam is reliquerat, Gostauus quoq; pseudo Episcopus, parricida autem in patriam, militarem furorem emulatus, possessiones ecclesiasticas exturbabat. Quib. malis patrię excitatus illustris adolescens Gostauus Erichson: quem obsidẽ diximus, quiq; ex custodia nuper pfugerat: rem supra ætatem, sed magnitudini sui animi respondentem ausus, uindicem se profitetur patrię pereuntis, et quarto demum anno post initum bellũ mutato habitu & plebei hominis ueste sumpta circuit Sueciã, & popularib. exponit in quantis malis uersentur, nihilq; omnium omisit rerũ quib. ciues ad arma capienda excitaret, addebant orationi gratiam egregię corporis dotes, & index singularis animi, uigor. Itaq; eligitur in uindicem libertatis, is militem legit ex Dalekarlis bellicosissima totius Sueciæ gente. Montes enim habitant qua Suecia ad Norduegiam collimat apud quos & fodinę sunt argenti & æris, itaq; sub officinis metalli fodiendi conflandiq; exerciti indurantur ad pręcipuũ robur, quod deniq; peperit ipsis nomen ut Dalekarli uocentur, Dale enim uallem dicit, Karli autem uiros cum emphasi eos qui pręsenti animi uigore prestent, addunt Dalekarlis præterea ingentes spiritus opes quas plurimas habent, suntq; ad iniuriam propulsandam supra omnes iritabiles. Hoc milite usus Gostauus aggreditur pręsidium Danorum quod Aorosię ciuitati impositum erat, atq; deturbat. Quo nouo casu exterritus Episcopus uehementer turbatur ad cladem Danorum, ergo

exercitum à præsidijs deducit, cogitq́;, oppressurus inter initia surgentem uindicem. Is uolens à se auertere Episcopum cōscientia potius rerum q̃ armis, mittit nunciū ad hunc cū Epistola, hortaturq́; hominem ut resipiscat, satis flagicij hactenus admissum, parcat sibi & relinquat locū ueniæ, & patrię q̃ Tyranni fortunas potius constituat, addit premia si in sententiam ueniat, Veniā admissi delicti, Constructionē de publico arcis ditionis Vpsaliensis quę initio belli: q; firmissima erat ne perditorum hominum receptaculū esset: disiecta fuerat. Addit immunitates alias, se permissurū Ecclesię pro initę societatis premio. Episcopus benemonentem superbe adeo accepit, ut litteras abiecerit, & pede attriuerit, & certe non erat causa, ut si ab ea Episcopus depelleretur, ferociret. Nec; is erat Gostauus qui, non dicam ab homine noxio, sed alio sanctissimo contemneretur, uel ob pręsens studiū in ciues, uel q; illustris generis erat, et nepos eorum qui regnū Sueciæ habuissent, & suo iure patriam à uastatore repetebat. Is ergo iritatior etiam contumelia factus ducit Dalekarlum militem contra Episcopū & præsidia, & superat. Episcopus ex fuga prolapsus Holmiā uenit ad reliquias Danorū, uidensq́; Suecos indiem fieri confirmatiores, consilium capit noui militis adducendi, hocq́; uoto in Danmarchiā ad Tyrannum nauigat. Multa hic cōueniunt quę obstare molienti ista debuerūt, Dei timor, conscientia religionis, sanctitas professionis, miseratio patrię, sui existimatio integra, quę oīa is per crimen nunquā deprecabile uiolauit. Sed hęc non attingam, qualia nemo secum nō colligit, domestica illa recensebo. Nouerat Tyranni institutū prius q̃ suspitio belli aliqua haberetur, Is pirata erat, Maria uexabat suo terrore. Eo ꝓhibuerat cōmoda Schondię exerceri, nouerat genuinum odium Danorum in Suecos, & Gentis hereditariā crudelitatem, Norduegia in oculis illi erat, Florentissima olim nunc afflicta maleficio Danorꝫ: uidebat amplissimas eius urbes in uici formā per uexatos ciues, per uectigaliū & publicorum onerū acerbitatem redactas, quo admoneri debuit quid patriæ mali cōciliaret sub imperio externo. Non etiā deerant domi principes rege digni

q;

q̃ ſi cupiditati ſuę Eccleſiam unã Vpſalienſem ſufficere nõ putabat,& ſub Dano ſe explere cupiebat. Nulla cõmoda tanta, à Peregrino, à Dano, à pirata referre quanta à domeſtico rege poterat, Ergo ei multo ſanctius conſilio et manu: quãdo et hoc decere Epiſcopũ ut bellator eſſet arbitrabatur: adeſſet, quem faceret non Sueciæ & Gothiæ tantum, ſed quoq; Norduegię regem, eſſetq; hoc ſuum Epiſcopi beneſitium æternum apud Norduegianos ſi reuocarentur ſub domeſticũ & idem ęquiſſimũ imperium, ſub quo poſt lõgam oppreſſionem reſpirarent, ſeſeq; inſtaurarent, Vel ubi hęc eum rerũ optio per ętatem & inſolentiam fugiebat, ſiue ſimultates ad ęquales ulciſci uolebat ſiue iratus patriæ erat & ultionem ſummere ſub alienis armis querebat, aderat ſotius Tyranno. Proſcriptionem cum eodem ex arbitrio cõpoſuerat, ſpectatorq; fuerat ſceleris Holmenſis, ſatis ſibi pœnarũ dediſſe arbitrarent, quos in bellũ ad ſpoliationem fortunarum,& atrocem cœdem attraxiſſet, deteſtaret in reliquũ et deſereret crudeles partes, uerum etiam malorũ magis incentor eſt, Tyranno ipſo implacabilior, Quo loco ſane licet animaduertere q̃ ſint deteſtabiles receſſus humanorũ animorum, ubi hi malitia deplorati in pręceps ruerint, nulla cęcitas æq; in abruptum abit, atq; hi in ſcelus aguntur efferata crudelitate, neq; ſe ab impetu reuocant ante exicium. Sed ad narrationem redimus, Epiſcopus ubi in Daniam uenit, neq; ſplẽdide neq; benigne exceptus eſt, neq; poſtea in aliqua habitus authoritate apud Tyrannũ fuit, ita ingentes eius minę intra ſe rociam reſederunt, prænoſcens quoq; domi paratam ſibi pœnam pro ſcelere admiſſo, et timens priuatus redire, deſperatione ſalutis exiliũ in Danmarchia ſibi dixit, ubi hodie ingloríus degit. Sed qua ratione potuerit ſocius à Tyranno in cõmuni re deſeri, cauſæ ſunt, una, perfidia qua in omnes erat æqualiter Danus. Altera domeſtica agitatio qua rediens exceptus fuit, nam paulo poſt regno excidit, Ferunt diſcedentem ex arcibus corraſiſſe aulici inſtrumenti quælibet etiam uilia, tam auare, ut ſi quis apex æneus inauratus ædiculæ eſſet, hunc conuulſerit, & ad ſarcinas coniecerit. Vxorem quam habet

aiunt omnem predam in potestatem recepisse, adseruareq; sibi & filio. Tyrannus domestica etiam præda exclusus uagusq; & inops fatigat hodie alienas aulas, & habet adhuc qui eum miseratione dignantur, hospitium indulgent, quàm bono exemplo apud pręsentes & posteros, q̃q; illustri domesticę cõscientiæ testimonio, nescio. Exemplo quia supersunt patroni adhuc qui obstant quominus uindictam deuolui in se toto malorum cumulo experiantur infamię illæ naturæ. Testimonio autem, quia tantorum scelerum sensum minus integrum habere uidentur, uerum putant tanto intra modum illa adhuc stare quanto sunt in artificem eorum indulgentiores. Tyrannus est statura iusta, corpore amplo, truci uultu, sed quem in cõgressibus pręcipua comitate contegat, adeo ut hæc pluris q̃ indiciũ uultus ualere semper sit existimata, unde de moribus hominis iudicaretur, qui etiam mentitus habitus Suecis toties imposuit, donec eos ad extrema mala pertraxit. Filium ferunt referre indolem patris, & q̃uis puerum, nunc esse minaci animo, et iactare atroces uoces, Sese effecturum ut qui nũc uoluptatem sibi capiunt & exultant super eiecto patre, defleant olim suam acerbam sortem, Qualem profecto uocem nõ conueniat ordines & communem statum regni Sueciæ ignorare, dissimulare, & putare uanam. Immo longe ante habere consilia parata quibus præuertant uindictam agitatam, neq; infirmus putandus est qui puer qui exul sit. Puer senes, celerius habebit qui cõnatus adiuuent, propinquitates potentissimas habet, qui regem q̃ exulem uidere potius uelint, nec expenditur hodie qua culpa exciderint possessione, quàm bonam de se spem prebeant, q̃ integros in administratione futuros existiment quos susceperint tuendos, una causa satis fuerit, propinquus est, Rex natus est, Repetit natiuum titulum. Deniq; in postremis habetur, cui popularis status afflicti atq; reip. funditus collabentis culpa imputetur. Tyranno eiecto, & maioris belli suspitione sublata Illustris princeps Gostauus contrahit iustas copias ex Dalekarlis sed & Suecis & Gothis, Lubicenses quoq; ueteres socios in partem belli uocat qui adeo cupide

uene-

uenerunt ut non modo ex sorte hominum, unde hoc tempore mercenarij milites ferè scribuntur, sed uiri graues & in dignitate constituti, qui'q; prudentia rerum & opibus pollerent, uenerint in belli societatem. Quibus copijs reliquias Danorū quæ in Schondia resederant persequitur, Holmiam etiam obsedit. Intus nihil uirorum erat præter præsidium Danicum, hoc pro maleficio suo in Suecos, extrema omnia sibi instare metuebat. Ergo desperatione & munitione loci pariter obfirmatum difficilem reddebat oppugnationem, tamen ducis & ciuium uirtute expugnatū in potestatem uenit, atq; urbs recepta fuit. Dux re bene gesta, confectoq; ubiq; bello, dat militib. & socijs amplissimum donatiuum, adeoq; liberalitas hæc insignis fuit ut ad Calones & remiges postremos perueniret, cum reliquis etiam germaniæ ciuitatibus uetera fœdera renouat. Mare rursus aperit & securitatem facit omnib. nauigandi. Ob que merita in omnes, patria concordibus omnium ordinum Sueciæ & Gothiæ suffragijs inuictum principem Gostauum sibi Regem legit, pro cuius maiestate ut ea incolumis diu maneat, uota hodie ad Deum faciunt, ut regi domi perpetua rerum tranquillitas, foris pax & uictoria, utroq; statu saluus principatus sit, etiā rex in omni uita ita uirtutib. omnibus prestet ut maximorū principum exemplo & merito felicissimus optimusq; fausta acclamatione æternum salutetur.

CASTRA HEBRAEORVM

Quorum facta fuit descriptio in Arabia.



TABVLA

CONTINET

Syriam. Ciuitates autem commemoratas diuinis litteris, Antiochiam Epidaphnen, Sidonem magnam, Sareptam, Tyrum munitam, Biblum, Abilam Lyſanium, Damaſcum, Carras meſopotamiæ. Et Cypri inſulæ partem.

In omni tabula C. notat occidentalem plagam. R. orientalem. S. ſeptentrionalem. M. auſtrum. Et eſt per omnes tabulas obſeruendum, ubi inſpitiundum eſt, ꝙ latus S. dirigatur contra ſeptentrionem mundanum, & oculus inferatur in tabulam ex latere S. Sic deſcriptiones reſpondebunt ad poſitionem cœli & cardinum terræ.

Paralleli medij tabulę proporcionem ad circulum maximum nõ obſeruauimus, quoniam in tam exigua differentia diſtantiarum locorum per ſingulas tabulas concipienda, nihil erroris admittitur. Nos laxitatem potius ſpectauimus, ut ꝗ plurima inſcribi poſſent.

S


66 ½ 67 ½ 68 ½ 69 ½ 70
C A P P A D O C I A
T A V R V
C I L I C I A
TARSVS
ISSVS
AMANVS
ANGVSTIAE
CILICIAE
CARPASIAE
CLIDES
ALEXANDRIA
MYRIANDRVS
SELEVCIA
ANTIOCHIA
PIARA
OLYMPVS
C Y P R V S
M A R E
CASIVS
CASIVS
LAODICIA
DIOSPOLIS
S Y R V M
CAPERTVRI
SELEVCVS
ARADVS
AEGYPTIVS MVRVS
TRIPOLIS
DEI FACIES
BIBLVS
PHOE
N I
CIA
BERVTVS
SIDON
SAREPTA
TYRVS
ECDIPPA
ELEVTHERVS
LAODICIA
ABILA
PALVS
DAMASCVS
66 ½ 67 ½ 68 ½ 69 ½ 70

M



71
72
73
74
75
38
37
36
35
34
33
GERMANICIA
SICOBI LISSES
SINGA
ARVDIS
SAMOSATA
VRIMA
PORSICA
ZEVGMA
EVPHRATES
EDESSA
CARRAE
HIERAPOLIS
TILATICOMVM
CATAMANA
EVROPVS
SYRIA
CECILIA
AMANA
BALLATHA
BETHAMMERIA
CHAONIA
PYLAE
HIERAPOLIS
BARSANPSA
PAGRAE
CYRVS
GERRA
PAPHARA
ERRAZIGA
BARBARISSVS
SARNVCA
ACRABA
GINDARVS
ATHIS
BERSIMA
SVRA
MAVBE
NICEPHRIVM
ALALIS
NAGVDA
CHALCIS
PALMYRA
ALAMATHA
TAPSACVS
BIRTHA
MARSYAS
APAMIA
GADIRTHA
PALVS
EPIPHANIA
A RETHVSA
EMESA
PALMYRENA SOLITVDO

R

S

C


MARE
SYRIACUM
SIDON
SAREPTA
CANAH MAIOR
TYRUS
CHEL·CHATH
ECDIPPA
RECHOB
CHAMATH
BETHANATH
CHAMMATH
CHALI
ALBVM PROM
HEBRON
CHER AMON
DAN HEN·
CHASOR
SALCHA
IAR
CAESAREA
BETHEN
ORACHATH
CHVMMAH
CHABVL
SANDALIVM
ACHZIB
CINNERETH
CHELEPH
SEPHAMA
RAMAH
CHEDES
LAMPERTI
LAIS O DAN
BETHDAGON
PTOLOMAIS
IPH THACHEL
ELON
IOCHNEHAM
BETHHA HEMEG
OCHVCHOCH
GAVLON
NECHEB
DABBESETH
AZNOTH
SELEVCIA
CARMELVM PROMON
SARID
MARHALAH
THA
RIBLAH
CHANA
SYCAMINVM
LACHVM
SAMACHONITIS
GES
SVR
MAGDIEL
HENO
GANNIM
ZEBV
NAZARETH
REMETH
ABES
HEN
CHADDAH
OSVETA
CHISLOTH
GITTAH
CHEPHER
DORA
CHIOSION
RABBITH
DABRATH
RI
SVNEM
TABOR
IZREHELAH
CAPHARAIM
BETH SEMES
SION
CAPERNAVM
CHOROZAIN
ARGOB
ASTAROTH
CHAR
GAMALA
NAS
TYBERIAS
GENESAR
GHILBO
ABILA
AMATHVS
ASTAROTH
PELLA
GADARA
IABIS
MERON
PHILADELPHIA
NI
TIS
67
10
20
30
40
50
33



40 50 68 10 20 30 40 50 69
S Y R I A E
P A R S
SIVE ITYREA
ABILA
LYSANIVM
PHIALA
MAGEDON
DAMASCVS
COELESYRIA
S O
AERE
A M
NEVE
ABIDA
P H E
CAPITOLIADA
M A
SAMVLI
N E
40 50 68 10 20 30 40 50 69

TERCIA

TABVLA

CONTINET

Samariam, Tribus autem Isaschar rursus explicatam.
Mediam reliquam Menassen, Ephraim, Biniamin Idumeæ partem.
Trans Iordanem autem, Ghad tribum à Iabboc fluuio ad Haroher urbem, Tribus Ruben partem ab Haroher urbe.
Gentem Amaniten à Philadelphia urbe ad Haroher extra Arnonem fluuium.

S

C


MARE SYRIACVM
MICHMETHATH
CAESAREA
MONS EPHRAIM
EPHRAIM
LEBONNAH
BETHCHORON SVPERIOR
GALGVLIS
OGEBA
REMMOON
MAGDEI
SENNAH
DIOSPOLIS
ANTI OPATRIDA
IOPA
ADARSA
MICHMAS
DOECH
GVPHNAE
TIMNATAH
RAMAH
PHASELVM
GHILGHAL
IABNIA
MODIN
ARCHHATHAROTH
LIEZ
BETHEL
IERICHVS
IAPHLETI
BETHCHORON
GEDRVS
GATHRIMON
SILOH
BOSES
PETRA
GABHAH
GHIBHON
ANATHOTH
HENSEMES
AIALON
CAPHAR
SORED
IEHARIM
IERVSALEN
ADVMMIM
DAN
BENIAMIN
66
32

M



DORA
CHISION
RABBITH
CHISLOTH TABOR
TABOR
DABRATH
SARTHAN
IZREHE LAH
NAIM
SACHASIMAH
MEGIDDO
APHECH
SVNE
BETHSEMES
CAPHARAIM
ANACHARATH
FABA
TAHANAH
SION
CAPERNAVM
MAGDALVM
BETH SAIDA
HENODOR
GELBOA
SECHEM
OTHEBE
DOTHAN
BE TEVLIA
BETH SEAN
TYBERIAS
LACVS
TARICHEAE
GENESAR
GAMALA
OIBLEHAM
LVZ
BEZECH
ASER
ENABRIS
VLAMA
OGILIN
GADARA
AMATHVS
EDREHI
IABIS
ABEL MECHOLAH
EPHRON
MACHANAIM
SAMARIA
TAHANATH
ENNON
SILOH
SALEM
ACHABI
OANVA
PENVEL
NOBACH
EDVMA
IANOAH
SAPHON
ASECHAM
MICHMETHAH
THIRSAH
IOGBEHAH
CANATHA
HEDEHAR
IAHAZER
BETHNIMRAH
MACHANE
BEASTHRA
ALEXANDRIVM
BETHARAN
DEBIR
CHESBON
MINNITH
MEDEBAR
ABILA
IAHASAH
HAROHER
LIBYAS
MACHERVS
CALLIRHOE
AMMA NITIS

R


QVARTA

T A B V L A


CONTINET

IVDEAM proprie dictam. Tribus autem,
Partem rursus Ephraim.
Rursus partem Ben iamin.
Dan
Iudam
Simhon
Philistim
Idumæam per littus Asphaltitis lacus, & inde occidentem uersus per montana Sehir.
Extra Iordanem,
Ruben tribum
Gentem Moab per Hahabarim montana, per orientale lacus Asphaltitis.

C



50
65
10
20
30
32
55
50
25
20
35
30
M A R E
A E G V
P T I
V M
ASDOD
ASCHELON
SORA
CHASOR
IARMVT
ELTHOLAD
LACHIS
GETH
CHEBILA
DEBIRO
CHEBRO
PHI LI STIIN
REPHA
VALLIS
ANGARIS
GERARA
BEERSEBAH
MAIONIA
GAZA
SIM
HAIN
SICLAG
BARATH
HON
D A
RAPHIA
ADAR
RHINOCORVRA
HASMONAH
CARCAHAH
CHESRON
CHADES
BARNEAH
MONTANA
SIN


IOPA
ADARSA
MICH MAS
DOECH
MINNITH
SECRO
NA
TIMNA
NOBE
TAH
Mᶜ EPHRAIM
RAMAH
MEDBAH
IABNE
EL MODIN
BETHNA
IAHASAR
ARCHI HATHAROTH
BETHEL
IERICHVS
BETH CHOGLAH
IESMOTH
BOSOR
HARO HER
EPHRAO IM
CHERITH
GEDRVS
ACCARON
NICO POLIS
GABHAH
GHIBEON
HEN SEMES
BACHV RIM
ADVN MIM
MACHE RVS
CAPHAR
AELIA
CHIRIATH IEHARIM
CALLI RHOE
HAZE CHAH
HEN RHOGEL
ELEVTHERO POLIS
MACHEDAH
BETHLACHEM
HERODIVM
TECHOA
BETH SVR
HEGHLON
MASADA
BITVMEN
HENGHEDI
CHARMEL
MALATHA
IETHER
SOHAR
SEDOM
ARATH
AKRABBIN
SEHIR
10
20
30
50
66
32
55
50
45
40
35
30
26

C

QVINTA

T A B V L A

V N I V E R S A L I S

P A L E S T I N A E,

continens ſuperiores partucu-
lares tabulas.

S



M A R E
S Y R I A C V M
A E G Y P T I V M
REGINOSPVRGVM XXX
VENETIAE XXX
ROMA XXVIII
PTOLEMA
SYCAMINVM
DORA
CAESAREA
GHAZER
THIRSAH
DIOSPOLIS
IOPA
PATRIDA
IABNEEL
THAMNA
AZOTVS
ACARON
ASCHOLON
ELEVTEROPOLIS
MACHEDAH
GETH
DEBIR
LACHIS
HEGLON
LISTIM
CHEBRON
MASADA
HENGHEDI
SOHAR
MAIONIA
GAZA
BEERSEBAH
MAHON
SICLAG
RAPHIA
HASMONA
RHINOCORVRA
CADES BARNEA
AKRABBIM
BEN
MINNITH
DIBON
GHAD

C



67 10 20 30 40 50 68 10 20 30 40 50 69
SAREPTA
SIDON
CANAH
TYRUS
BETH HANATH
CHERMON
LIBANUS
ABILA
CAESAREA
PHIALA
ACHZIB
CHEDES
BATHA
CHASOR
NAPHTHALIS
GAVLON
DAMASCVS
CARRAE IX
AERE
SEPHO
ECBATANA XXII
NEVE
ABIDA
CHONITIS
ONAZARETH
SVETA
NINVS XXIX
TRACONI
BABYLON XIII
ASTHAROTH
PELLA
PHILADELPHIA
SVSA XVIII
GHILHAD
A R A B I A E
D E S E R T A E
P A R S
33
32
67 10 20 30 40 50 68 10 20 30 40 50 69

SEXTA

TABVLA

CONTINET

Marmaricam

&

Aegyptum.



52
53
54
55
56
57
58
BOCHIRIS
MARMARICA
L I B Y A E
ASPIS
ASYPHUS
BASCISAORUM
OGDAMUS
BASSA-
- CHITAE
A V A S I S
AMMON
ALEXANDRI
STATIO
DIOSCORON
A M MONIACA
M A R
CLEARTUS
SOLIS
AUGELA, AVASIS
TRIUM, OPPIDORUM, ET
ALIQUOT, PAGORUM
ANAGOMBRI
IOBA
CHI
R E G I O
LACCI
M A
D A C T I L I
F E R A
R I C A
LYCOMEDIS
P S Y L L I



PHAROS
ALEXANDRIA
MAREOTIS
THINODIS
BACHIS
LABYRINTHVS
MOERIS
MEMPHIS
BABYLIS
HELIOPOLIS
RAMESO
PALVDES
SVCHO
ETHAN
TANIS
PICHA
HIROTH
BAHALSEPHON
CLEOPATRIS
PELVSIVM
OSTRACINA
RHINOCORVRA
SIRBONIS
DESERTVM
IVLIOPOLIS
HERA
AMARI
CLEA
OASSIS PARVA
CELLA ANTONII
IBIS
TROICVS
PORPHYRITVS
OASSIS MAGNA
AEGYPTVS
NILVS
COPTVS
FOSSA
HYDRAEVM
DIDYME
THEBAE
ABYDVS
ARISTONIS
NIGER
PHALACRIVM
HYDRAEVM
OMBI
ELEPHANTINA
SYENE
CATARACTA
BERENICE
SAPORINE
PSELCHIS
SINVS ARABICVS
59
60
61
62
63
64
65
30
31
29
28
27
26
25
24